11.8

NUMOPHYLACIUM

ORIENTALE POTOTIANUM.

LEVITER ADUMBRAVIT

C. M. FRAEHN,

ROSTOCHIENSIS.

LIBELLUS EXCUSUS est CASANI anno MDCCCXIII;

estque

IN COMMISSIS BIBLIOPOLIO HARTMANNIANO

RIGAE.

Печатать дозволяется

съ тѣмъ, что бы по отпечатаніи, до выпуска въ продажу, представлены были въ Цензурный Комитетъ: одинъ экземпляръ сей книги для Цензурнаго Комитета, другой для Департамента Министерства Просвѣщенія, два экземпляра для Императорской публичной Библіотеки, и одинъ для Императорской Академіи Наукъ. Сентября 13 числа, 1813 года.

Профессоръ Э. и Цензоръ
Иванъ Эрихъ.

EPISTOLA

AD

DUUMVIROS

OLAUM GERHARDUM DE TYCHSEN,

Stellae polaris Equitem, Consiliarium Cancellariae, LL. OO. in Universitate Rostochiensi Professorem, ejusdem Univers. Seniorem et Protobibliothecarium, Academiae reg. Suio-Gothicae litt. hum. hist. et ant., Societatum regg. Scient. Hafniensis, Upsalensis, Velitrensis etc. Sodalem, item Academiae caes. reg. Scientiar. Patavinae, Academ. reg. Scient. Berolinensis etc. Sodalem honorarium

ET

ANTONIUM SYLVESTREM DE SACY,

Corpori legislatorio, Instituto imperiali, Legioni honorariae Adscriptum, Academiae regiae Scientiarum Hafniensis, Academiae Italicae, Societatis regiae Scientiarum Goettingensis, Instituti regii Belgici etc. Sodalem.

S.

Adhortantibus potissimum Vobis, autoribus gravissimis, quum priore aestate, complurium annorum intervallo interjecto, denuo aggressus essem numophylacium Pototianum, de quo olim verba injeceram cujusque numos Samanidarum et Buwaihidarum, quotquot tunc temporis aderant, schediasmate edito Casani a. MDCCCVIII. vulgando, desiderium Vobis *) moveram aliisque harum rerum gnaris et studiosis; ab eo inde tempore horas subsecivas tantum non omnes isthis numis, quorum

---

*) [Ita quidem inter alios ipse ill. DE SACY, vir in litteratura orientali facile princeps, in judicio, quod de illo schediasmate in medium protulit in Magazin Encyclopedique p. 14: „Finissons cette notice, en observant „que les difficultés historiques et chronologiques que „présentent les medailles dont nous devons la description à Mr. Fraehn, donnent un grand interêt à leur „publication, et font concevoir une haute idée du „merite de la collection à laquelle elles appartiennent. „Nous ne pouvons donc trop savoir gré à Mr. Fraehn „de s'en être occupé, et nous l'engageons fortement „à continuer son travail sur cet objet; nous désirerions „seulement qu'il fît graver les pièces qui seront l'ob„jet des discussions dans lesquelles il se propose „d'entrer.]“

numerum, computatis, quorum permagna vis adest, geminis exemplis, jam tria millia excedere affirmat cujus sunt, examinandis, extricandis, explicandisque et digerendis consecrans, nunc tandem opere defunctus sum. Sed quid defunctus? profligavi id; nam, quominus confectum a me dicam, obstant numi complures, in quibus enucleandis diu frustra oleum et operam perdidi, quod aut feliciori doctiorive interprete opus habent, aut integrioribus exemplis, aut certe tempore, quo mihi mens facilior promtiorque, quae nunc impediebant, tollere valebit. Sed hi quoniam pauci sunt, cum illis quos expedire licuit si comparaveris, quumque eorum bona pars ne ab Oedipo quidem extricari possit, (tam sunt injuria temporis hominumque terentibus manibus affecti); eos jam nihil moratus amplius, finem tandem rei statuendum censui. Quo facto, neque prius quidquam neque antiquius habui, quam ut Tecum, illustris DE TYCHSEN, cujus ab ore olim pendere mihi contigit, et Tecum, illustris DE SACY, quem in libris, quos edidisti quorumque suo quisque in genere خاتم dici meretur, tanquam alterum doctorem veneror, communicarem, quidquid Vestra interesse existimabam, ne ignoretis.

Jam habete igitur brevem musei egregii adumbrationem. Scilicet non nisi strictim percurrere et summa capita ponere me jubet tum hujusce

commentarioli ratio (quem *prodromum copiosi commentarii*, quo, si dìs placet, universum museum illustrandi animus est, habeatis quaeso,) tum iniquior hominis, cujus hoc numophylacium est, conditio, qua vel hujus brevissimae adumbrationis, quam, *ipsi quidem consultum cupiens*, non calamo solum ad Vos exarandam duxi, typis exscribendae sumtu ipsemet ego fungi coactus sum. Igitur, quem tenetis, *non est numorum Pototianorum singulorum atque omnium index completus, sed potiorum tantum, sed rariorum et incognitorum.* Non addidi, nisi ubi opus, graviora elogiorum momenta in neschianam translata scripturam. Non egi in hoc libello, nisi scripturae verborumque intellectu difficilium aut vulgo vel ipsis doctis viris male intellectorum interpretem. *Ab omni rerum explicatione hic abstinendum erat,* ne in immensum cresceret, qui angustis finibus circumscribendus erat, prodromus. Semel aut bis fortasse res quidem etiam tetigi; sed id non factum, nisi ea mente, ut certiora a Vobis edocear, qui, ut veneranda aetate usuque rerum, ita vasta exquisitae doctrinae copia mihi longe anteceditis.

Perlustrando mecum hoc museum Pototianum non poterit non magnopere recreari et pasci Vester animus, Tuus praesertim, illustris DE TYCHSEN, quia, fallor, aut fructus non nihil ex eo capere licebit redundaturi in magnum, quod paras,

numismaticae orientali coronidem impositurum opus. Inter numos CHALIFICOS, antiquos haud paucos, gravis momenti complures, anecdotos plerosque deprehendetis. — SAMANIDIS et BUWAIHIDIS Potot. quantum pretii statuendum sit, docte olim probasti, illustris DE SACY. Ad Samanidas quidem quotquot ab eo inde tempore accessere numero plurimi, ignoti ad hunc diem fuere nec in ullo, quod sciam, museo reperti sunt. — THAHERIDARUM qui primus et unus in lucem nunc profertur, Pototianus est. — Numorum a *Chanis Turcarum Hoeike* signatorum, qui ne fando quidem ante me auditi erant, faciem ex hoc tandem museo cognoscere licet. — Magnus ille orbis debellator TIMUR, ignotus antehac in numismatica, hic tandem, ut par erat, in scenam etiam prodit.

Verum quae jam sequitur sectio Xa, ut longe copiosior praecedentium et sequentium ulla est, ita tanto praestantior, quanto rarius obvii in aliis, quae innotuerunt, museis hi numi tatarici sunt, *numi* nimirum *Chanorum Dschudschidarum per Descht Kaptschak olim late dominantium*, qui vulgo *Chani hordae aureae* audiunt. Nam mihi quidem apud exteros sola illa pauca admodum numero exempla innotuerunt, quae *Bibliotheca Goettingensis* servat quaeque, suo quidque loco, adducere haud neglexi. Estque mehercules isthaec sectio insigne aliquod et singulare musei Pototiani decus

atque cimelium. Neque vero idem possum non coram Vobis confiteri, reliquarum sectionum numorum enucleatio quantumvis multis magnisque haud raro impedita fuerit difficultatibus, leves tamen illas existimandas esse, si cum iis comparaveris, quas haec mihi scrutanti objiciebat *ab initio.* Ad illas namque viam munierunt plures viri exquisita doctrina pereruditi. Tu Tychseni (cui primas in arte monumenta cufica interpretandi nemo non defert, cujusque praecepta rei numariae mecum exosculentur necesse est, quotquot harum rerum intelligentes sunt), Reiskius item, et Adlerus et Tychsenius Goettingensis, al. Adde quod Arabum, Persarum, Turcarum historia satis explorata est; sunt libri satis accurati, quos de principibus, quorum nomina in numis obvia, consulas; chronologia certa est; de monetae sedibus, si recte extricaveris in numis, adire licet libros geographicos, quibus edocearis. Jam vero in numis his tataricis versanti cunctis his subsidiis fere carendum. Hic pene nullus منار الطريق عليه الهدى Cedo libros, qui Tatarorum Dschudschidarum historiam et chronologiam tractaverint ita, ut numorum scrutatori satisfaciant. Geographiam Descht Kaptschaki quis veterum, quis recentiorum tradidit? Prave exarata nomina urbium hujus vastissimi regni ubi exsculpseris, frustra fere eas circumspicis, neque in terris reperis,

neque in libris. قد درس عينها و اثرها ولم يعرف لها موضع يقال فيه هذه القرية الفلانية. Ut taceam quidquid difficultatis oritur e mutilata haud raro et detrita horum numorum minutorum conditione, ex characteribus saepe vehementer informibus et rudibus, ex aera non illa numeralibus sed cifris expressa iisque, dî boni, quam distortis subinde et corruptis. Atque ad hos tales quum accingerer, *loca nullius ante trita solo* offendi. si quidem, qui unus aliquando haec tentaverat, doctus Germanus parum prospero rei successu usus est, nec inter Rossos (quod mireris) inventus est, qui, patriae historiarum partem memorabilem accuratius cognoscendi cupidine captus, numos, aut hosce Pototianos, aut qui ingenti numero in *Museo inclutae Academiae Scientiarum Petropolitanae* aut in aliis, quae ignoro, per Rossiam numophylaciis latent, excutere et examinare voluerit. At audentes fortuna juvat, et difficillima quaeque vincit improbus labor. Jlla hac etiam in caussa juvit, hic etsi non omnia, multa tamen vicit.

Vel ex paucis, quae in libello levi penicillo adumbravi, intelligetis, quam largam haec sectio praebeat materiam inquirendi in historiam illius calamitosi temporis ad hunc diem mirum quam obscuram, corrigendi quae passim in Chanorum hujus vastissimi regni serie, in narratione rerum

gestarum, in temporum ratione, in scribendi nomina Chanorum modo foede peccata et adversa fronte haud raro inter se repugnantia prodita sunt ab annalistis, historiographis, aliis, exponendi de urbibus monetariis, quae tunc temporis copiis omnibus florebant, sed quas nunc fere omnes adeo delevit et dies et ferrum et ignis, ut earum non nisi cadavera superesse et nonnullarum ne haec quidem hodie exstare reperiantur, de insignium (تمغالر vocant) et figurarum in numis obviarum natura et caussa, de nonnullis, quae linguae Tataricae priva et peculiaria sunt, de orthographiae saepius immane quam vaga et abnormi ratione, deque aliis multis gravibus momentis. Faciam id ego pro virili et hanc sectionem unam, ut reliquis omnibus prefero et maxime adamo, ita illis prius in dias luminis auras praemittere apud animum destinavi, si modo dì favebunt, nempe si erit, qui sumtu ad imagines numorum praecipuorum aeri insculpendas *) et librum typis exprimendum fungi non vereatur. Et licet, in caussa nova quia versor,

*) Non diffiteor molestum accidere, ut numorum, aliquot certe, in hac adumbratione obviorum, figuras aeri incidendas curare hic loci constitutus non potuerim, quod me potuisse vellem, ne forte scilicet dubitatione sollicitentur, qui nova quaedam et historiis parum congruentia deprehenderint, et quia omnino يقصر القول عن العيان.

et in ea, qua hic loci laboramus, librorum inopia, non singula atque omnia rite et feliciter gessisse deprehensus fuero *), non ideo (spero) me magnopere culpabit quisquis proverbium اوّل الشجرة النواة novit. Qui post me numos Dschudschidarum tractabit, nae ille non poterit non meliora dare.

Videtis me jam ablatum quo teneor hujus classis amore nimio. Verum et quae hanc excipiunt, sua decora habent atque ornamenta. Insunt et *Crimensi, Persicae, Bocharicae* numi complures inediti. Sed quid attinet, ut multis Vobis intelligentibus demonstrem, quae sit hujus numophylacii dignitas et praestantia?

Tale vero bonum, fieri non potest, quin mecum maximopere exoptetis, ut brevi animum per-

*) Jam quo rectius et accuratius, quam ante licuisset, aliquando tractem, non parum me profecturum esse video e brevi conspectu historico et chronologico regni Kaptschakensis, quem, incredibili cum cura et diligentia et eruditione compositum, ex locupletissima digestorum suorum historicorum penu depromtum, cel. Zeplinus, popularis mihi carissimus, quo est studia litterarum, historicarum nominatim, promovendi studio, Petropoli bonus ad me transmisit; quem tamen in hoc quidem prodromo in usum meum convertere nondum potui, si quidem, finito jam et arbitris librorum vulgandorum tradito libello, die XXVII. Aug. h. a. mihi redditus est. (scr. 30. Aug.)

cutiat viri, qui, *in lauta parte a Fortuna constitutus*, pretio, quo vendere illud vult is, cujus nunc est, non terretur, quominus sibi comparet, et *Minervae carus alumnus* comparatum et foveat in gremio et pro viribus augere studeat inque publicum deducat usum. Utinam inter Rossiae magnates cultos et cordatos exoriatur *alter Borgia*, qui museum hoc, quod ad historiam non solum magnae partis Asiaticorum regnorum, sed patriae etiam illustrandam eximie facit, cujusque major pars (id quod pondus rei addit), in ipso solo patrio, sub ruinis tatarici, qui olim fuit, nunc exstinctus est, splendoris et magnitudinis, inventi sunt, parando et vulgando virtutum suarum laudibus cumulum addere vellet! Nam dolendum foret, si diu adhuc lateret et ab utilitate publica arceretur rarissimum hoc idemque utilissimum museum. Sed magis dolendum foret, quin damni quid accepturae videri possunt litterae, si post fata senis grandaevi, qui, quod incredibili cum cura et labore nec sane sumtibus parcens collegit, etiam nunc tuetur et indies auget, (quod consilium eo magis admirabimini et approbabitis in homine illitterato et puellas artibus, lingua gallica, simil. instituendo vitam tolerante) dolendum esset, inquam, si talis apparatus ab heredibus, ut fit, dispergeretur vel sub exagio divenderetur. Lugeret etiam cuicunque amor et cura patriae inest, si

quod in Rossia servari ceu cimelium, ceu antiquitatis mnemosynon debuisset, a Rossia cotemtum eique ereptum, in Anglia fortasse, insula illa fortunata, vero pretio aestimatum fuisse aliquando intellexerit. Quando enim (obsecro) denuo exorietur, qui tanta cum perseverantia per decennium non unum continuata, tanto cum amore, adeo sui paene profusus, tamque prospero rei successu utens, ejusmodi copiam colligat? Sed sta, calame, ut ne alteram خطبة بلا كتاب scribas. Vos vero, quos tanquam duo Imamos nostri aevi in omni litteratura orientali, ut luminaria duo tenebrarum, duoque seculi polos supsiciat oportet quisquis veri amans est, ut hoc qualecunque commentariolum boni consulatis, etiam atque etiam rogo. Valete meque, quod facitis, amare pergite. Scripsi Casani Rossorum, cui deus faveat, d. xv. Aug. an. MDCCCXIII.

I. NUMI CHALIFARUM.

A) CHALIF. OMAJJADARUM.

a. HESCHAM BEN ABDULMELIK.

No. 1—3. arg. cusi in *Wasith*, annis Hedschrae 106. 117 et 121.

b. MERWAN BEN MUHAMMED.

4. arg. *Sarendsch* — زرنج — a. 130. Reperiuntur autem in numophylacio cel. Fuchsii, hist. natur. in hac universitate Professoris, coll. conj., tres Omajjadae his antiquiores, nempe aa. 94 et 101. (ambo hi cusi in *Wasith*) et a. 104. (c. *Damasci*.) — Sed nuperrime nactus est hic loci cel. Erdmannus, Medicinae Professor, collega conjunctissimus, num. argenteum his adhuc antiquiorem, cus. *Wasithi* a. 89 — a. Chr. 707 *).

*) Antiquissimus igitur Omajjadicorum, argenteorum certe, quotquot eorum in vulgus editi sunt, manet Holmiensis ille, c. Damasci a. 79. quem ill. Olaus de Tychsen Introd. p. 61. in medium protulit. Eum excipit Bodlejanus, a. 88. vulgatus a Costardo aut potius Huntio. Tertius tandem ordine est hic Erdmannianus, a. 89. Eum sequuntur Borgianus a. 90. et Goettingensis a. 91. quos excipit Fuchsianus a. 94. Omisi eum, quem ab ill. Ol. de Tychsen in Bützowischen

B) ABBASIDARUM.

a) ABUL-ABBAS ES-SAFFAH.

5. arg. c. *Basrae*, a. 135.

4. b) In hujus ejusdem imperii initia incidit numus aeneus notatu dignissimus, qui celebris illius صاحب الدعوة, *Abi Muslemi* est. In area I. symboli sunnitici pars prior est; in margine autem haec lego: بسم الله امر به الامير عبد الرحمن بن مسلم سنة ثلث (وثلثين) ومئة Litterae hujus marg. licet exiliores sint et passim detritae, non falsum tamen me esse confido in iis, quae posui. Nec est, quod quis in voce بن offendat. In A. II. symboli pars altera legitur. In ejus autem margine, qui tribus circulis o ° o in quatuor commata divisus est, quae adscripta fuere, non extrico; tam tenues atque evanidi sunt litterarum ductus *).

Nebenstunden in medium prolatum esse lego, tam quia de aetate ejus non satis constat, quam quod barbarum illud in A. II. obvium العبد الملك vel rudissimo sculptori Arabi excidere posse nego.

*) Et quum numum hunc in commentarios meos referrem, et quum inde hanc epitomen excerperem, plane e memoria exciderat, cujus nunc recordor, numus hujus ejusdem Abi Muslemi Niebuhrianus qui Potoțiano similis est. In illius numi, quem, tentatum a Reiskio, majorem partem extricavit acumen ill. Olai de Tychsen (Introd. p. 63.), ar. Iae. margine eadem

b. EL·MANSUR.

6—9. arg. *Basrae* a. 146. item *Baghdadi* (مدينة السلام) aa. 149. 156 et 157. Siglum, quod in his

---

esse videntur, quae in marg. A. IIae Pototiani me vidisse memini. Sed in hujus quidem marginis interpretatione animum meum acquiescere non posse, ingenue fateri mihi liceat. Si enim sententiae a voce قل exordientes e Corano petitae censendae sunt, equidem verbi قفى formam Xam in Corano occurrere nego; neque ab Arabe aliquo الزيه proficisci posse mecum confitebitur vir doctissimus. Videor mihi ex utroque numo haec elicere: عليه اجرا (an forte آتيتكم) قل لا اسألكم الا المودة في القربى Neque tamen is sum, qui hoc unice verum habere sustineam. Ceterum dictionem illam مما امر, (in nostro quidem numo مما deest), quae mirum quantum negotii facessivit viris doctis, tunc quum non ipsius Chalifae nomen proxime sequitur, ut in hoc numo aliisque qui sequuntur, in passivo أُمِرَ, proferendam esse censeo, quo facto omne impedimentum tollitur. Vertendum: hoc est ex iis, quae facere jussus est N. N. i. e. hunc numum cudendi potestatem nactus est. Si quis in re certa exemplum

postremis numis in infima A. II. occurrit quodque passim obvium cum aliis ego quoque aliquando pro بخّى habueram, ill. Ol. de Tychsen (litt. datt. d. 14 Maji 1812.) me docuit, certam speciem numorum indicare, auctoritate nixus Castelli, qui ex el-Kamuso: بخّى denarius cui inscripta vox بخ; ita ut cui impressa nota مح dicitur محّى, numus cum inscriptione مح مح etc. Silentio praetermitto alia utilissima ad hanc rem spectantia, quae a se observata mecum communicavit vir eruditissimus.

c. EL-MAHEDI.

Numi ab hoc, antequam Chalifatu potiretur, profecti in rarioribus, si quid video, numerandi sunt.

---

requisiverit, adeat Abulf. Ann. I. 32. ubi ما أُمِرْتُ به

Involvit autem verbum امر subinde notionem veniam dandi, potestatem faciundi, ut cum dicunt امرني حتى امضي Ill. Ol. de Tychsen, quicum hanc meam sententiam aliquando communicabam, tantum abfuit, ut respuendam eam esse censeret, ut haec etiam in litteris ad me datis, adderet: „Ihre Meinung von أَمَرَ und أُمِرَ verdient von Ihnen bekannt gemacht zu werden."

En tibi ejusmodi duos aereos rarissimos, anecdotos (quorum autem prior non hujus Musei, sed mercatoris cujusdam armenii est.)

o) cus. in *er-Raj* a. 146. in Ar. I. symb. pars pr. Margo vacuus est. A. II. مما امر به المهدى محمد بن امير المومنين. M. — بسم الله ضرب هذا الفلس بالرى ست واربعين ومية. Inter بسم الله et ضرب in marginis superiori parte interjectum محمد رسول الله

9. b) c. ab aliquo ejus praefecto Transoxaniae, a. 151. A. I. وحده usque ad لا اله M: بسم الله ضرب ببخارا فى سنة احدى وخمسين ومية. A. II. محمد رسول الله M. امر به . . . . عامل الامام المهدى ولى عهد المسلمين.

o) arg. c. 161. in *el-Muhammedia.* In A. II. post alteram شهادة et الدعا legitur الخليفة المهدى (est hic numus cel. Fuchsii)

10. arg. c. a. 162. No. urbis est ح. cum grossiori puncto annexo in fine. Frustra equidem tempus contrivi in eo extricando. Elogium A. IIae idem est atque numi X. Mus. Borg. Vol. II. sed cernitur infra diversum siglum.

12. arg. c. a. 166. No. lo. simile fere est ei, quod ill. de Tychsen Introd. Tab. I. No. VI. exhibet. Tentent alii, ubi aliquando numi effigies aeri insculpta erit. In A. II. quae majorem in mo-

dum attrita, ultimum primi versus vocabulum esse videtur المهدى. Reliqua sic habent: مما امر به — المومنين

13. Hunc locum ab aera tenet mirus num. arg. A. 1. symb. p. prior. M: بسم الله ضرب هذا الدرهم بمدينة السلام سنة اثنين وتسعين ومية تسعين script. بمدينة م محمد رسول الله صلى الله عليه وسلم الخليفة A. II. التا ر المهدى. Sic المهدى, non vero الهادى neque المهدى M. habet tritum illud: etc. محمد رسول الله ارسله Nümus nitidus est et integerrimus. De lectione ne hilum quidem dubii oriri potest, sed de interpretatione potest. Viginti enim annis et quod excurrit cusus est post exstinctum Chalifam *el-Hadi*, si hujus nomen in illo المهدى latet. Vox الخليفة nisi articulo aucta esset, proferrem خليفة المهدى (coll. امام الهدى, نبى الهدى) quo facto numum ad Harunem referre liceret. Mihi jam nihil restat, quam ut conjiciam, numerum illum medium culpa sculptoris pro وستين, et hoc nomen pro المهدى positum esse. Quo probato, conveniet cum *Adleriano* II. No. X. et cum *Dresdensi* in *Reisk.* Epist. 8. ubi pro الملك legit الخليفة cel. THOMAS TYCHSENIUS.

d. HARUN ER-RASCHID.

11. Huic tribuere nunc malui numum arg. cus.

in *el-Menaria* — المنارية — a. 174. ut videtur; nam posset fortasse etiam legi 164. A. II. continet alteram symb. p. supra quam ع et infra vox, quae نصر esse videtur. (المنارية ad دجيل sita, nomen hucusque in geographia numaria ignotum *)).

14. arg. c. in urbe *Sarendsch* — زرنج — a. 181. Exstat numus huic simillimus, ejusdem loci et anni, jam novem ante annis a me in medium prolatus in annott. Aegypto Ibn el-Wardii adjunctis p. 80. Sed differt Pototianus in nomine obvio in infima area II., quod esse videtur بريد aut يزيد.

15. arg. c. *Baghdadi* — مدينةالسلام — a. 192.

16. arg, c. *Muhammediae* a. 192. Adest exemplum, in quo, nisi me oculi fallunt, est وسبعين (172.)

e) EL-AMIN, antequam Chalifatu potitus erat.

17. arg. c. بمدينةالسلام a. 179. Elogium Areae IIae idem est atque *Adleriani*, Vol. II. No. XVI. excepto و, quod in Pototiano desideratur. Jam supra monui legend. esse مِمَّا أَمَرَ بِهِ.

18. arg. c. بالمحمدية (ut videtur), a. 180. id ex deletis fere prioris numeri ductibus veri simili-

*) Latetne hoc idem nomen in N. V. Mus. Borg. vol. II?

mum eruo. Ceterum hic cum *Adleriano* modo laudato et in copula ب A. IIae congruit.

19. arg. c. *Basrae*. a. 181. A. II. محمد رسول الله مما امر به الامير الامين محمد بن امير المومنين.

20. arg. c. in urbe *Balch* a. 181. A. II. eadem, quae antecedentis, sed in fine addita haec sunt: ولى عهد المسلمين Infra cernitur nota illa, de qua supra ad numos el-Mansuri dictum, quae, quo minus h. l. pro nomine Barmacidae illius habeatur, nihil obstat.

21. arg. c. in urbe *Meru*, ut videtur, a. 185. A. II. محمد رسول الله صلى الله عليه وسلم مما امر به الامير الامين محمد بن امير المومنين على. على

f) EL-MAMUN.

a. *Coheres regni.*

22. arg. c. in urbe *Balch* a. 188. Ceterum plane convenit cum *Adleriano* II. No. XVII.

b. *Heres regni.*

23. arg. c. in urbe *Bocharae* a. 194. A. II. hoc ordine: محمد رسول الله مما امر به الامير المامون ولى عهد المسلمين عبد الله بن امير المومنين. Supra oblitterati ductus, infra ع

c. *Chalifa.*

24. arg. c. in urbe *Samarkand.* a. 1—7. (an 197?) non cernitur nisi ultima pars medii numeri.

A. II. المامون الامام به امر مما الله رسول محمد لله *)
امير المومنين الفضل. Cons. omnino ven. Adler. II. No. XXI. cujus etiam annus 198. admodum dubius, item ill. de Tychsen. Intr. p. 70. Add. p. 20 et 105.

---

*) Ratio, qua formula لله passim in numis obvia intelligitur in ill. Ol. de Tychsen Introd. p. 74., quanquam admitti nequit; nec minus autem, quae cel. Th. Tychsenii sententia est, in Com. de num. ar. hisp. p. 89., pro asseverandi formula habere licet in numis quidem, a quibus ea plane aliena. Vir celeberrimus valde quidem dubitavit, rationem eam vertendi: d e o c o m m e n d a t u s s i t, loquendi usui Arabum consentaneam esse; sed recte habet. Ad hanc intelligendam formulam tenendus utique est ille usus Arabum, quo deo commendent, quidquid laudant vel admirantur vel beatum praedicant, satis a se quidem illud celebrari praedicarique posse negantes. Sic in phrasi illa tritissima لله دره sic poëta in Abulf. Tabb. ed. Rinck. p. 127. لله غور جنابك ونجل it. alius in Abulf. Ann. III. p. 232. لالله طيف منك item Ibn Doreid Poem. vers. 208. Sch. لله ما طيف خيال زاير etc. His addenda sunt et approbanda omnino, quae magnus Reiskius in Epistol. 9. disseruit.

25. 26. arg. c. *ibid.* unus a. 200. alter 201. A. I. Symb. p. p. Infra المسرو A. II. لله محمد رسول الله ذوالرياستين.

Titulus quidem ذوالرياستين occurrit in numis Adl. Vol. II. Reisk. in Repert. X. 219. et Tychs. Intr. Tab. I. No. XI. Quod vero in A. I. legitur nomen, in Adleriano abest; a Reiskio in suo lectum est العون, quod, ut spurium, jam ill. de Tychs. in Addit. p. 23. merito in dubium vocavit; in Tychseniano autem etiam latere videtur, quanquam a viro doctissimo يوسف lectum (Intr. p. 31.) *). Neque vero de ejus legendi ratione mihi constat. Supicatus aliquando sum, esse fortasse legendum المُشْرِف (inspector). An vero المشرّق? Estne nomen proprium, nec conjungendum cum ذوالرياستين? an vero

---

*) Rogavi ea de re virum doctissimum, et assentientem habui. Simul vero idem vir de me meritissimus me docuit, a semet simile illi, quod Pototiani numi praeferunt, nomen repertum esse similibus in numis, cus. Nischaburi a. 200 (in Mus. reg. Holmiensi), item in numo Mus. reg. Berol. c. Isfahani a. 204. it. in numo Adl. Berol. c. ib. a. 200.

ultima littera و copula est cum hoc illud conjungens? والله اعلم بالصواب.

27. arg. c. *ib.* a. 218. A. I. Symb. p. p. Marg. int: etc. ضرب M. ext: etc. لله الامر A. II. لله محمد رسول الله M: etc. محمد رسول الله ارسله,

Anno 218 medio, quum exstincto el-Mamuno, in Chalifatu successerit المعتصم dubium est, utri horum attribuendus hic numus sit. Huic quidem, Chalifae المعتصم بالله, tribuendum eum existimaveram propterea, quod et ob characterum, quibus expressus est, rudiorem formam a nitidissima, qua numi el-Mamuni gaudere solent, facie longissime recedit, et quod area adversa, praeter interiorem marginem, qui locum et aeram monetae continet, altero versiculum Coranicum continente aucta est. Sed ill. DE TYCHSEN me docuit, hunc duplici margine numos praecingendi morem jam ab el-Mamuno introductum esse, teste numo cuso *Baghdadi* a. 206. Ita fit, ut utri horum Chalifarum vindicandus sit hic numus, in incerto nunc quidem relinquendum sit.

g. EL-MUTEWAKKEL.

28) arg. c. *Basrae.* a. 235. A. I. duplici margine

aucta, ut praecedens. A. II. لله محمد رسول الله المتوكل على الله. M. ut in praeceed.

II. DYNASTIAE THAHERIDARUM

Numorum primus in lucem prodit aereus hic, cusus ab ultimo hujus dynast. principe A. I. لا اله الا الله محمد رسول الله. Infra cernitur vox, quae sitne جيد an alio modo legenda, nescio. M. مما امر به الامير محمد بن طاهر مولى امير المومنين A. II. لا اله الا الله وحده لا شريك له. Infra الله. an conjungendum cum vocabulo in infima A. I. obvio? Estne fortasse عبد الله? M: بن احمد (?) سنة ثلث — — — وخمس Reliqua attrita sunt.

III. NUMI DYNASTARUM SAMANIDARUM.

Silentio praetermissis iis, quorum elogia in schediasmate, quod, abhinc annis quinque et quod excurrit, recens e Germania hic raptim praecipitabam *), nunc quidem non tango, nisi qui huic

*) Quum in hujus libelli notatione, quam eruditissimam quidem, sed humanam magis quam severam ill. DE SACY ephemeridibus litterariis: Magasin encyclopédique inseruit, nonnulla dubia viro eruditissimo oborta sint, non ab re erit haec paucula observare:

ordini accessere multi iique rarissimi, *aenei* *) puta, qui hucusque in museis Europaeis desiderentur **).

A) ISMAIL BEN AHMED.

1. arg. c. in *es-Schasch* a. 292. A. H. convenit cum *Adleriano* II. No. XXXVII.

Numi Samanid. 6ti annum esse, prouti viri magni acumen conjecerat, tricentesimum septuagesimum primum, denuo inspecto numo, intellexi. Medius numerus quia سبعين scriptus est, me induxisse videtur ad legendum ستين. Quod vero ad num. 7um, annus recte habet; nec per litteras sane Areae IIae, quamvis loco quasi motae ductibusque reiteratis efficctae videntur, legere الطائع licet; imo, quod veri simillmum elicias, est الطايع. Praeterea oculis usurpavi quatuor alios similes, in quibus nomen Chalifae الطايع لله cum no. dyn. نوح بن نصر conjunctum occurrit, quorum unus anni, ut videtur, 366 est, et supra عدل, infra فايق habet.

*) ven. Adl. mus. cuf. Borg. II. p. 64.

**) Non multum tempus est, ex quo hi nnmi aerei ab Armenio mercatore, qui longe lateque plagas Orientales peragravit, inde illati in hoc museum sunt. Sic factum, ut cuncta nomina wesirorum, monetariorum, aliaque singularia, quae in iis occurrunt, expedire nondum mihi vacaverit.

B) NASR BEN AHMED. numi aerei, omnes cusi *Bocharae*.

2. a) A. I. لا اله الا الله محمد . M: بسم الله ضرب هذا الفلس ببخارا سنة اثنين وثلثمائة . A. II. لله محمد رسول الله M: مما امر به الامير نصر بن احمد اعزه الله نصر . Qui in infima A. I. legitur محمد est ابو عبد الله محمد بن احمد Wesirus.

2. b) et 3. a. 303 et 304. in reliquis conveniunt cum numo praeced.

4 et 5. a. 305 et 306. A. I. etc. لا اله . A. II. eadem quae in No. 2, a) M: مما امر به الامير نصر بن احمد مولى امير المومنين .

6. c. 315. A. I. Symb. p. p. A. II. eadem quae No. 2, a) Sed loco نصر hic est siglum simile ei, de quo dictum in numis el-Manṣuri, neque tamen idem est.

7 et 8. a. 322, et, ut videtur, a. 324.

C) NUH BEN NASR. numi aenei, excepto ultimo.

10, a) c. *Farghanae* — بفرغانة — a. 3 — (videtur esse 330) A. II. ut supra, sed infra est نوح . M: مما امر به الامير السيد نوح بن نصر اعزه الله .

0. a. 333. no. lo. abest. In A. II. nil praeter no-

men filii عبدالملك, infra quod cernitur sigium, quod ad similitudinem ejus accedit, de quo dictum ad No. 6. M: idem qui antecedentis est.

10, b) c. *Bocharae* (بيخار sic scriptum est) a. eod. A. II. ut in anteced. M: مما امر به الامير السيد نوح بن نصر مولى امير المومنين .

12. arg. marginum epigraphis carens. A. I. Symb. p. p. Infra nota ع bis posita. A. II. post symb. alteram partem: المستكفى بالله نوح بن نصر.

12, a) aen. c. 363. *Bocharae* A. I. Symb. p. p. A. II. Symb. p. alt. Infra vox, quam هارملى legeris, sed quam ignoro. M: etc. لله الامر.

D. ABDULMELIK. aenei, cusi *Bocharae*.

13, b) attritus, c. a. 347. A. I. Symb. prior p. Infra videtur fuisse نصر vel simile quid. A. II. premissa symb. parte altera: الامير السيد (?) عبد الملك بن نوح . M: etc. لله الامر.

14, a) c. 349. A. I. eadem quae praeced. A. II. لله محمد رسول الله الملك الموفق . Infra siglum est simile illi, de quo dictum in No. 6. M: ut in praecedenti *).

*) Falsum igitur esse apparet MIRCHONDUM, qui Abdulmelikum post mortem tandem titulo الموفق decoratum

E) MANSUR BEN NUH. numi aenei, omnes cusi *Bocharae*, excepto uno No. 24.

15, a) cusus esse a. 352. *videtur*. Post Symb. in infima A. I. الملك المظفر *) In infima II a. منصور بن نوح M: etc. لله الامر.

19. 20. cc. aa. 353 et 354. A. I. Symb. p. prior. A. II. et M. conveniunt cum praeced.

21. cus. (ut videtur) a. 354. In infima A. I. الملك - - - Secundum vocabulum idem illud esse videtur, quod occurrit in N. 15, a.) quocum in reliquis convenit.

22, b) c. a. 355. In reliquis convenit c. N. 19.

23, a) c. a. 358. In suprema A. I. quae symboli p. priorem continet, legitur فايق **) Margo int. locum et annum continet. M. ext: etc. لله الامر

---

esse refert. Haec autem vox (obiter dictum sit) minime constantem denotat, quod cel. WILKEN, vir de litteris persicis in Germania egregie meritus, in Hist. Sam. p. 72. voluit.

*) Est hic titulus Mansuri ejusque nomini in A. II. addendus, ut manifeste apparet e N. 23, c), recte id jam vidente ill. DE SACY l. c ad num. quartum.

**) vid. ill. DE SACY l. l. p. 8. Atqui hoc no. non solum in numis Samarcandi cusis, sed etiam Bocharae et es-Schaschi occurrit, aa. 354, 355 et 361.

A. II ﷲ محمد رسول الله منصور بن نوح M: ما امر به الامير السيد الملك المظفر ايده الله.

23, b) c. a. 358. A. I. Symb. p. prior. In margine post Bocharae nomen tria vocabula cernuntur, quibus transigendis nondum par fui. In fine marg. deest وثلثماية. A. II et M. ut in N. 23, a).

23, c) c. a. 358. In suprema A. I. quae Symbol. priorem p. continet, est فايق, infra autem sitne الظافر an aliud aliquid, haereo, A. II. ﷲ محمد رسول الله الملك المظفر منصور بن نوح M: ﷲ etc. الامر.

24. c. *Samarcandi* a. 359. A. I. Symb. p. p. Supra حق (?), infra duo vocabula, quae non expedio. A. II et M. conven. c. praeced. numo.

25, a) c. 362, A. II et M. conv. c. N. 23, a.

25, b) c. eod. a. quo modo praecedens, quocum convenit in omnibus, si excipias marg. A. IIae, qui continet vers. illum Coranicum: etc. ﷲ الامر.

c) c. a. 363. A. II. et Margo ut in No. 23, a) (in Mus. *Fuchsiano.*)

26. c. 364. A. IIa et M. iidem qui in N. 23, a).

F) Nuh Ben Mansur. numi aenei, omnes *Bocharae* cusi.

31, b) c. a. 3—9 (an 369?) In suprema A. Ia est

vox سهل, in altera infima نوح. M. a. IIae. مما امر به الامير السيد الملك المنصور ايده الله.

34, a. c. a. 374. In infima A. II. est نوح (in alio نوح بن منصور). Margo A. IIae idem est atque praecedentis numi.

35. c. a. 375 (scriptum est ثلثما) A. II. لله محمد رسول الله نوح بن منصور M. idem qui praeced.

36. c. a. 3—5 (375?) In infima A. II. post لله et Symb. alteram part. et no. dynastae Saman., minusculis litteris (ut fere omnia ejus generis additamenta in his numis aeneis) expressa haec sunt: داولله (?) M. ut in praeced.

37. c. 376. A. II. ut N. 35.

38. c. 377. A. II. لله محمد رسول الله نوح M. ut in praec.

39. c. 379. In A. I. supra videtur esse بك, infra vox est, quam litteris neschianis exprimere non ausim. A. II. et M. ut supra.

o) Penes me est num. aen. cusus *Bocharae* a. 387, in cujus suprema A. I. legitur حق, in infima autem vox تعالى A. II. لله محمد رسول الله نوح بن منصور et infra duo vocabula leguntur, quorum alterum haud scio an sit حسبى, alterum illi, quod in superna areae Iae parte esse diximus, simile.

Est etiam in Mus. Pot. numus ille argenteus, delineatus in ven. ADLERI Mus. cuf. II. N. XLVIII. quem multi magni nominis viri tentarunt, sed parum prospero successu. adi sis ill. DE TYCHSEN Introd. p. 77. Estque omnino tam rudi exscul. ptus Minerva, ut, qui tentet, non possit non frustra esse. Nos quidem فكل تاويل الى الله تعالى الذى استاثر بعلمه

Adest denique ibidem aereus, satis detritus, qui nescio an Samanidarum alicui, post hujus dynastiae interitum, caput efferenti vindicari possit. Cusus est *Bocharae*, anno, ut videtur, 405. Nomen Chalifae القادر بالله adest in A. II., in qua infima, uti in A. I a, vestigia vocis سا ى superesse videntur. Sed fortasse ad Turcas Hoeike referre praestat.

IV. NUMI CHANORUM TURCARUM HOEIKE IN TURKESTAN ET TRANSOXANIA.

1. Numus arg. nitidissimis characteribus cuficis expressus, integerrimus, cusus in *Urkend* s. *Uskend*. a. 393. A.I. Symboli prior pars. M: بسم الله ضرب هذا الدرهم باوزكند سنة ثلث وتسعين وثلثماية A. II. لله محمد رسول الله القادر بالله ناصر الحق خان المويد العدل ايلك Infra minutis litteris expressum est نصر no. filii Illiki. M: etc. محمد رسول الله ارسله Ad vo-

cem العدل quod attinet, mihimet ipse diffido; nec tamen video, quo alio modo transferas Cuficum. Si vox arabica est, proferenda fortasse العَدَّال, quo facto simile Achilleo illi epitheton habebis.

o) Vidi duos numos aereos cusos *Bocharae* a. 399. A. I. Symb. p. p. A. II. unius: لله محمد رسول الله نصر بن علي alterius autem: محمد رسول الله نصر ايلك

2. aen. c. *Samarcandi*, a. 400. A. I. Symboli pars prior, infra quam احمد علي M. بسم الله ضرب هذا الفلس بسمرقند سنة اربع ما (sic) A. II. لله محمد رسول الله القادر بالله . . . علي ايلك (?) Vox prima versus tertii نصر esse videtur. M: etc. لله الامر

o) Armenii illius hic aereus est: A. I. Symb. p. p. M. ext. بسم الله ضرب هذا الفلس بـ— M. inter. سنة اربع ماية الامير نصر A. II. لله محمد رسول الله نصر بن علي Marg: مما امر به الامير نصر بن علي مولى امير المومن (sic). Urbis nomen quid sit, me etiam nunc fugit, utrum انش an لقش? an aliud quid?

3. aen. A. I. attrita: خان العادل. Infra يعلى M: بسم الله فلس با — سنة اربع اربع ماية — Deest copula alteri اربع praefigenda. No. loci, eva-

nidum fere, nondum extricare contigit. an باكزو?
(sed in Dschihan Numa haec urbs scripta est
خان ، اخسو A. II. لله محمد رسول الله احمد بن على . Infra
In M. haec supersunt: يد (السيد ؟) الملك المظفر . . .
فضل (?) الدولة

c) aer. c. *Dabusiae*, a. 410. (420?). A. I. بادشا M:
بسم الله ضرب هذا الفلس بدبوسية سنة عشرين (?) واربع
A. II. attrit. ايلك M. etc. لا اله الا

6) aer. A. I. Symb. pars pr. M: ضرب هذ — س
لله محمد A. II. بدبوسية سنة خمس و (ستين ?) واربعماية
رسول الله قار (قان?) على بن الحسين Infra figura gladii.
In M. haec legere mihi videor: مما امر به — الاجل (?
فضل الدولة الزمة ? ونصر اللة (?) - -

8. aer. A. I. ايلك, circa quod nomen mira arte
sexies repetitum est محمد. Margo detritus *Bocharae* cusum esse indicat. A. II. لله محمد رسول
الله ارسلان ايلك يوسف M. etc. لا اله الا

Habes *Urkend* s. *Uskend* et *Dabusiam*, urbes monetarias geographiae numariae addendas, simulque dynastiam ad hunc usque diem numismaticae incognitam, cujus praeter hos aliquot numi adsunt, sed minus integri; multos autem horum Chanorum

numos clausos servat Armenius laudatus, a quo allati, quos modo memoravi, nuperrime huic museo cesserunt. Eos cui aliquando oculis usurpare atque examinare contigerit, horum chanorum seriem accuratius, quam hoc loco fieri potuit, constituere valebit.

V. NUMI BUWAIHIDARUM *).

Vulgati sunt olim a me in كتاب الدراهم complures numi argentei a principibus hujusce dynastiae

*) بويه, quod antea, cum magnis viris Herbeloto, Reiskio, all. Buja pronuntiaveram, jam Buwaih scripsi, auctoritate ill. de Sacy ductus qui hanc pronuntiationem ab ipso Ibn Chilkano tradi me docuit. Sed facere non possum, quin moneam, non semper esse, quod unius scriptoris arabici auctoritate fidas talibus in caussis, quum, quantum nominum propriorum antiquae memoriae apud Arabes ipsos variet pronuntiatio, constet. Ita, ut rem exemplo illustrem, idem ille auctor, e quo verum haud dubie illud hausit ill. de Sacy, ipsi audit I. Chilkan, aliis ut Herbeloto, Deguignesio, Reiskio I. Chalekan (qua in re sua quemque auctoritate niti nullus dubito), mihi I. Challekan hucusque audiebat, quod hoc modo exaratum nomen videram in Cod. Hafniensi, quidem notum illum multorum titulum بها الدين non, ut plerique solent, Bohaeddin, sed Bahaeddin profero Wankuli auctorem sequens.

cusi. His quantum pretii tribuendum sit, intelliget quisquis schediasma illud *) inspicere operae pretium duxerit. **)

Novi numi huic classi additi non sunt, nec post eos Buwaihiden aliquem videre me memini, praeter denarium hunc apud Armenium illum saepius memoratum. Cus. est in *Medinet es-Salam* a. 369. A. I. لا اله الا الله وحده لا شريك له الملك العدل (sic) عضد الدولة وتاج الملة ابو شجاع A. II. لله محمد رسول الله صلى الله عليه وسلم الطائع لله. Margo notum illum versiculum Cor. continet.

---

*) In illo etsi multa corrigenda atque notanda sint, hoc quidem loco non annotare in animo habeo, nisi haec paucula, quae ad lectionem elogiorum spectant. In N. 1. A. I. nunc dubito, an recte exsculpserim versum quartum attritum. Videtur mihi in eo latere ابو منصور In loco etiam monetae nunc dubius haereo, sitne potius البصرة. Numum 3um in جرجان cusum esse voluere etiam secundae curae. In numo 4to annus recte habet. In No. 7mo in fine addendum بالله

**) Ill. DE SACY l. c. „Les monnoies de la famille de „Bowaih sont très peu connues jusqu'à ce jour, cel„les de la famille de Waschmeghir le sont encore „moins. On doit donc savoir beaucoup de gré à Mr. „Fraehn de la publication de celles-ci. Elles peuvent „donner lieu à diverses questions etc.“

VI. AJJUBIDARUM

Numus aeneus unus adest cusus ab الملك العزيز idemque cum *Borgiano* I. N. XXV.

VII. SELDSCHUKIDARUM IN ROMANIA

multum celebratus ille numus argenteus adest, quem et Museum BORGIANUM I. N. XXXIII. et BIBLIOTHECA GOETTINGENSIS aliaque Musea servant.

VIII. HULAGUCHANIDAE.

1. aen. c. in urbe *Iesd.* A. I. habet eadem, quae Num. 26. apud cel. THOMAM TYCHSENIUM in com. II. sed margo vehementer corruptus est. A. II. السلطان الاعظم الجايتو محمد خلد ملكه ضرب يزد

2. aen. c. ab ابي سعيد incerto loco et anno.

Apud Armenium illum quum et numum BORGIANUM hujus principis, quem habes in Mus. I. N. LV. videre contigerit, didici tam hunc, quam alterum signatum No. LIV. cusum esse in urbe يزد (quae hucusque in geographia numaria desiderabatur), non in توريز, quod ven. ADLERUS deprehendisse sibi visus est.

IX. TIMURLENK.

a) aer. a magni nominis illo Timuro cusus. A. I. امير تيمور . In margine quae fuere, rubigine fere deleta sunt. In A. II. est insigne illud numorum Timuri o ° o , quod tamen et aliorum regnorum principibus usurpatum. In margine restat قند , quam residuam nominis سمرقند partem esse didici ex alio exemplo, quod hujus musei non est.

b) aer. A. I. habet tres illos circulos et vestigia nominis تيمور - A. II. سنه ۷۷۹

Ceterum noli credere, esse hunc primum numum, qui magni hujus herois bello potentissimi nomine insignitus in lucem prodierit. Jam exstat talis numus aliquis, non quidem ab ipso Timuro profectus, sed ab *ultimo Tschaghataidarum principe*; aeri ille incisus et in vulgus editus, editore ipso inscio. Adi sis Comment. Goetting. Vol. XIV. ubi in infima tabula, quae adjecta est commentationi cel. Th. Tychsenii de numis indicis, sub No. 48. b) invenies. Retulit quidem eum numum vir celeberrimus ad Kaptschakensium numerum, miratus, qui tandem Samarcandi a. 791. a Sultano aliquo Mahmudo cusus sit, quo tempore Timur hanc urbem dudum imperii sedem fecerat. „Vix tamen, addit, aliter legas nomen. Alioquin pronum esset

ad Mahmud Schach Dingischaniden referre, Transoxaniae regem circa haec tempora." Verum scito esse utique Mahmudi illius, qui quum non nisi specie et nomine Sultanus esset, suo nomini addere debuit nomen ejus, qui re ipsa Sultanus erat, Timuri, et legito hunc in modum: (سلطان محمود-امیر تیمور کورکان-) Vocem alteram in versu secundo obviam non capio, in hac quidem effigie. Abscissa est etiam vox ultima hujus areae.

X. NUMI DSCHUDSCHIDARUM *) s. a CHANIS HORDAE AUREAE, QUAM VULGO DICUNT, CUSI.

Anteambulonum adinstar praemittendos esse censui duo numorum ordines, quorum *alter* non

*) Ita hanc Chanorum per Descht Kaptschak olim late dominantium seriem appellare visum est, quamquam non omnes a Dschudschi descendere bene scio. Hic autem Dschengischani filius natu major ab aliis aliter vocitatur. In Dschihan numa, item in libro geneal. tat. mpto audit جوجی; eodem modo apud Abulghasium Zuzi (i. e. جوجی); in Destan nasl Dschengis Mpto tat. یوجی; apud Herbelot. et Deguignes Tuschi (توشی); apud Abulfedam دوشی, aliis aliter. Si in vulgari potissimum sermone priscam et genuinam linguae alicujus indolem servari haud temere statuere liceat, atque si in idiomate vul-

continet nisi numos epigraphis carentes et solo تمغا seu gnorismate Bulgharensi, quod vulgo vo-

gari Tatarorum Casanensium, quorum magna pars a Tataris Dschudschidis descendere creditur, saepe ج poni solet, ubi homines cultiores littera ى utuntur (sic vulgus dicit جيدى pro يدى , جير pro ير , جورمك pro يورمك , جازو pro يازو etc.), inducereris fortasse mecum, ut credas جوجى esse scribendi pronuntiandique rationem reliquis praeferendam, eoque magis, si eandem pronuntiationem etiam auctoritate Abulghasii Bahadür Chani niti consideraveris, ut cujus Zuzi, quod in versione gallica prostat, ortum esse scito e singulari Tatarorum Sibericorum modo, quo litteram ج fere ut z vel dz proferant. Jam vero ex جوجى ortum يوجى, elegantium et urbanorum hominum ori acceptum referendum. Ex يوجى ortum توجى indeque porro (mutata ut nonnunquam fit (*) ج in ش) توشى calamo, non ori debetur. Quod quum e scriptis mox in ora hominum transiret, nil facilius cogitari potest, quam ut, ت in د transmutata, دوشى proferretur scribereturque, siquidem loquuntur et exarant دخى et تقى, دورت et تورت etc. etc.

(*) Ita instrumentum musicum illud, quod vulgo ششتا scribitur, in كتاب الوصية auct. پيرعلى exaratum est چشته.

cant, atque figuris ornamentisve variis insignitos, qui mihi omnium hujus generis antiquissimi et regno mogholo-tatarico Kaptschakensi priores esse videntur; *alter* vero *Bulghari* nomine insignitos et inscriptionibus auctos, quorum tamen aetatem accurate definiundi conditionem tollunt variae caussae, ut puta absentia aerae et nominis principis, uti in illis, qui nil habent, nisi hoc ضرب بلغار aut بلغار يولى, aut قرتلوغ بولسون (attamen hos ultimos ob characterum formam, quae recentiorem aetatem redolet, ad seriores referre praestat) alii in nonnullis etiam rudissima et deformissima characterum figura, qui tamen haud scio an a me aliquando, secundis adhibitis curis, expediantur et accuratius definiantur *). Maxima tamen hujus

*) Astrachano nuper attulit cel. Fuchs numum arg. rar. quem ante non videram deque cujus aetate non satis constat. In A.I. lego العظمة لله, quae quidem post introductum Islamismum testantur cusum esse; in Area autem II a, ubi nescio an recte legam سكة بلار i. e. moneta Bilarensis (بلار eandem puto atque بولار Bülar urbem, quemadmodum exaratam in Mss. reperi cujusque vestigia pauca ad جرمشان fluvium hodiedum cernuntur) aera satis difformis sistit annum ٢٩٢ (292), in quo, inversis nempe (ut saepe usu venit in his numis) cifris, annum 696 latere suspicor.

ordinis pars regni Kaptschakensis Dshengischanidarum initiis aut prior aut posterior paullo esse videtur. Paullo prior certe est numus argenteus hic: A. I. الله امير المومنين (sic) الناصر الدين A. II. الغار (sic) الضرب بو الدينار item aereus, cujus in A. I. eadem, quae in modo laudato numo; in A. II. autem haec sunt, الدنيا ساعة فاجعلها طاعة, quae sententia e Sunna petita est *).

Sed ad numos certioris aetatis devenio, qui vel a Chanis Dschudschidis in ipso regno Kap-

*) Habebis proximo anno (si dî annuerint) hos numos cum aliis compluribus Bulghari cusis expositos in Commentatione, qua Bulgharum urbem, cujus quae supersunt antiquae memoriae monumenta centum et triginta admodum milliariis rossicis Casano distant, e numis monumentisque et auctoribus illutrare in animo habeo. Post explicata potiora quae ibi leguntur epitaphia arabica, mantissae loco adjiciam, ferente ita argumento cufico, symbolas ad rectius interpretandum elogium sepulchrale Melitense illud, quod nuper in Fundgruben des Orients Vol. I. fasc. 4. editum est, cujus autem interpretatio ibidem a viro excellentissimo d'Italinsky, Equite, Oratore apud Aulam Otomanicam illustriss. praeclara eruditione orientali ornato, in medium prolata, cum ab epitaphii sensu, tum ab Arabismi ratione sane in non paucis admodum aliena est.

tschak vel a provinciarum regulis, qui ab eo, jam labente scilicet, descierant, cusi sunt. En tibi eorum praecipuos; nam omnes persequi longum foret et ab hujus prodromi consilio alienum.

I. Batu Chan (Батый).

Ab eo cusus haud dubie est numus aereus hic: A. I. منكوقان الاعظم A. II. ضرب بولغار. In utraque cernitur Tamgha, quo سرو i. e. aratrum designari vult auctor tat. anonym.

I, b) Bereke Chan. (Воркэй l. Беркай). Huic facile inducor ut vindicandum censeam numum aereum hunc: A. I. منكوفان A. II. symb. sunnit.

II. Mangutimur Chan (Менгутемиръ). Hujus videntur esse numi argentei hi, insigni, quod dicunt, Bulgharensi ornati;

a) c. *Bulghari* a. 673. sed no. Chani in A. I. obvium in tribus, quae manibus trivi, exemplis affectum est.

b) c. 678. A. I. ضرب بلغار (sic) منكوتو A. II. توكل على الله Reliquos h. l. praetermitto.

III. Tuda Mangu Chan.

a) arg. A. I. تودامنكوخان A. II. ضرب الدرهم بلغار hoc videtur latere in characteribus, qui, dici

non potest, quam, cum in hujus, tum in praecedentis Chani aliquot numis, rudes sint et informes. etc.

III, b) Tula bogha Chan (Телебуга). Huic forte tribuendus numus argenteus hic, in cujus quidem A. I. mutilata legitur, .. العادل تولا A. II. ضرب الدرهم فى بلغار المحروسة ٦٨٢ Aeram inverso ordine et figura legendam esse censeo ٦٨٨ — 688.

IV. Ghijas-eddin Tuktaghu Chan (Тохта). Hujus numus arg. unus tantum adest cusus in *Serai* a. 710. nitidus ille et elegans. Tertius versus, qui nomen توقتاغو خان continet, characteribus mogholicis exaratus est. A. I. السلطان الاعظم غياث الدين — — العادل A. II. ضرب سراى المحروسة ٧١٥

V. Ghijas-eddin Muhammed Usbek Chan (Азбякъ, l. Озбякъ).

A, a, 1) arg. valde attritus, c. in *Serai* (?) a. 717. videtur eadem habuisse, quae No. H. *)

*) Hunc eundem numum cum paucis aliis hujus regni secum apportavit cel. Fuchs e reliquiis urbis Ach Seray اق سراى quo nomine ab Armeniis quidem, nuncupari ait urbem ad Achtubam (اق توبه est)

A, a, 2) arg. c. in *Madschsar* (?) *) a. 718. A. I. السلطان غياث الدين اوزبک خان العادل A. II. ضرب مجسر (?) سنة ۷۱۸ Numum hunc Usbekii esse, didici ex integerrimo exemplo *Fuchsiano*. Nomen urbis, quod et in aliis hujus notae et faciei numis, in quibus, etsi idem etiam titulus adsit, nomen tamen اوزبک non invenitur, (imo in uno, cujus aera impedita est **), videtur esse بوتزبک) obvium habui, haud scio an مجسر legendum et de urbe illa, cujus ruinae ad Kumam fluvium jacent, cujusque populi nomen alibi مجار scriptum legi, ***) intelligendum sit.

---

in ruinis jacentem. اقسرای in Abulf. Geogr. et in fragmento tatar. بيان داستان ايديكه بي inveni. Sed nunc non est his locus.

*) an forte leg. مخشى Mochscha? (coll. Mokscha no. fluv. qui in Occam effunditur, et Mokschanis, quod tribus Mordwinorum nomen est.)

**) Versimillimum videtur esse ۷۲۰ i e. 720. cujus anni numum, in quo nomen Usbeki deprehendere mihi videor, nuper vidi apud D. L. de Wängg.

***) Cel. Fuchs, collega m. conj. in itinere, quo nuper ad Elborum usque montem penetrabat, has etiam ruinas diligenter examinavit ibique numum Dschanibeki illum, quem infra No. Y habes, invenit una cum pluribus aeneis, qui, quantum per aeruginem, qua ad unum omnes corrosi sunt, cognoscere licet, Cha-

A, 1) arg. c. in *Serai* a. 722.. A. I. سلطان محمد ضرب سرای المحروسة ۷۲۲ A. II. اوزبک خان عادل

B. arg. c. *Bulghari* a. 723. A. I. سلطان محمد اوزبک ضرب بلغار المحروسة سنه ۷۲۳ A. II. خان خان

C. aer. c. in *Serai* a. 726. A. I. یرلیغ *) همایون Quae his circumjecta sunt litteris minutis exarata, mihi videntur esse: اون التی پول (?) دانک (an پول دانک полуденьга ?) Corrigi haec poterunt, si quando integriori hujus numi exemplo uti licebit. A. II. fig. avis.

D et E. arg. c. *Bulghari* aa. 731 et 732 ceterum iidem atque No. B. (In Museo *Fuchsiano* hic idem numus est anni 733.)

F. arg. c. in *Serai* a. 734. A. I. السلطان الاعظم اوزبک خان M. etc. ضرب A. II. symb. sunnit. In margine leguntur nomina الراشدین **).

---

norum hordae aureae sunt, et cum argenteo, rudi equitis imagine ornato et symbolum Christianismi prae se ferente, de quo mihi nondum constat.

*) ерлыкъ.

**) Habes hunc ipsum numum, sed margine mutilatum, delineatum in cel. Thomae Tychsenii Com. II. Tab. IV. No. 60. (Comment. Soc. Goett. Vol. X.), quem

c) arg. cus. in *Choresm* — خوارزم — a. (ut videtur) 735. A. I. السلطان العادل اوزبك Numus rarus meus est.

I. aer. cus. ib. 737. A. I. حكم همايون A. II. leo dimidiam solis figuram in dorso gestans.

Area II a in multa varietate versatur. Nec tamen eas h. l. moror, nec longam seriem aliorum ab hoc Chano profectorum, quorum annum accurate haud definias.

VI. Dschelal-Eddin Mahmud dschanibek Chan (Чанибекъ s. Занибекъ *)).

A. arg. c. in *Nova Serai* a. 742. A. I. السلطان العادل (جانى بك خان) A. II. ضرب سراى الجديدة

B. arg. c. *ib.* et eod. anno. A. I. السلطان محمود جانى (بك خان)

B, 2) aer. c. *ib.* a. 743. A. I. ornamenta A. II. — ضرب etc.

---

editor, vir in studiis numismaticis egregius, primum l. c. ad Africanam dynastiam nescio quam ablegavit, mox vero (ibid. Vol. XIV.) ad obscurorum classem rejiciendum censuit. Non legendum est افرين sed meo periculo lege اوزبك.

*) v. Not. pag. 41.

C. arg. c. *ib.* eod. A. I. جانی بک خان M: الخاقان العادل جلال الدین محمود سلطان

D. arg. c. *ib.* eod. ut videtur anno. A. I. جانی بک خان M. ضرب فی ایام الملک العادل جلال الدین محمود سلطان

F. arg. c. in *Choresm* a. 743. A. I. السلطان العادل reliquis abscissis. A. II. ضرب خوارزم سنة سم ـ

G—I. arg. cc. in *Nova Serai* aa. 743, 744, 745. A. I. السلطان العادل —— —— جلال الدین محمود سلطان Versus secundus nomen Dschanibeki mogholicis expressum characteribus sistit.

K. arg. c. in *Choresm.* a. 745. A. I. السلطان العادل جانی بک

L. aer. plane convenit cum praecedenti, sed anni 746 est. — Etc. etc.

W. arg. c. in *Gülistan* a. 752. A. I. السلطان العادل جانی بک خان A. II. ضرب کلستان

Possit utique nomen urbis, prout in hoc aliisque numis permultis scriptum cernitur, legi كاشان, quemadmodum et magnum Ol. de Tychsen olim legere memini. Verum quia Iran a. H. 756. demum, Aschrafo victo et occiso, a Dschanibek Chano occupata est, porro, quia, unus alterve apex litterae س quominus omittatur, usus scribis arabicis receptus neutiquam impedit, quia denique numi etsi pauci occurrunt, in quibus كلستان plene et distincte expressum est, neutiquam falsum me

esse confido, legendo Gülistan, quae auctore Turca كاتب چلبی in جهان‌نما p. 395. arx munitissima provinciae Schirwan erat, quamque funditus eversam esse, diu jam est, quod narrarunt peregrinatores.

X. arg. c. *ib.* a. eod. A. I. السلطان العادل جلال الدين محمود جانی بک خان

Y. aer. a. 753. A. I. circuli floresve. A. II. ضرب سرای الجدید — Etc. etc. *)

F. arg. inversis characteribus. A. I. السلطان العادل جانی بک خان. A. II. subtimidus lego: ضرب اولوس الجدید سنة ـ ٨

VII. Muhammed Birdibek Chan (Бердебекъ). Quot quot ejus numorum adsunt, argentei sunt.

A. c. *Gülistani* a. 751. A. I. السلطان العادل بردی بک خان خلد ملکه A. II. — ضرب بیلاد گلستان

A, 2. et B.) c. *ib.* a. 753.

---

*) Horum unus in Tab. IV. No. 45. commentationi IIae cel. Thomae Tychsenii addita delineatus est, in quo legendo quum erraverit vir doctissimus moneo legendum esse hunc in modum; A. I. السلطان العادل جانی بک خان. In infima Area fuit خلد ملکه A. II. ضرب السرای الجدیدة ٧٥. Tertia aerae cifra, ut in aliis etiam, abest.

C et E c. in *Serai-eldschedide* aa. 758. 759. A. I. السلطان العادل محمد بردی بک خان

D. c. in *Gülistan*, eod. anno.

F. c. in *Asow* a. 759 et 760. A. I. بیردی بک خان

o) c. in *Choresm* a. 759. A. I. السلطان بردی بک خان الاعظم
Num. rar. in mus. *Fuchs.* est. Etc. etc.

*) VIII. Kulpa Chan (Кулпа s. Аскулпа s. Алкулпа.) Numi ab hoc Chano cusi, quorum non adeo multi adsunt, argentei ad unum omnes sunt et cusi in ازاو, کلستان et سرای الجدید, annis 760. et 761. Pono unum exemplum: A. I. السلطان العادل قولپا خان خلد ملکه A. II. ضرب فی بلد کلستان سنة ۷۶۰

IX. Muhammed Nurus **) bek Chan (Наурусъ). Argentei omnes, cusi *iisdem in locis*, quos ad

*) Non ab re erit, monere hoc loco, me id mihi neutiquam sumere, ut jam sequentium Chanorum, inter quos cum ephemerii tum uno tempore solium regni sibi vindicantes occupantesque, seriem tanquam unice veram esse statuam. In tanta perturbatione, qua, extincto Birdibeko, res omnes regni Kaptschakensis misceri coeperunt, quamque auctorum dissensus haud raro auget, nil facilius accidere potest, quam ut erres atque adeo ruas, ubi e solis ferme numis sapis.

**) admodum ambigua quidem est hujus nominis scriptura, non tamen recto deerrasse me puto.

Chanum modo praecedentem memoravi, iisdemque annis.

A. A. I. نوروز بك خان A. II. ضرب ازاوسنة ٧٦٠ Etc.

X. Mahmud Hedser Chan. (Хидыръ s. Кидаръ) Hujus numi in *urbibus modo laudatis* *) procusi sunt annis 760. 761 et 762. et dici non potest, quam frequentes occurrant, aerei praesertim. Numorum ejus A—Q exemplum esto hic argenteus c. in *Nova Serai* a. 161. A. I. السلطان العادل محمود خضر خان خلد ملكه

o) Timur Chodscha (Темиръ Хози s. Темиросъ). Hujus non vidi nisi *unum*, aeneum, qui aeneorum a patre cusorum faciem prae se gerit, cus. in *Nova Serai* a. ut videtur, 76?. A. 1. السلطان العادل تمور خواجه خلد ملكه Est autem hic numus rarissimus Dni L. de Wängg.

XI. Cheir Pulad Chan. Hujus numi rari sunt **).

A. arg. c. in *Serai eldschedide* 761. a. I. السلطان العادل خير پولاد خان خلد ملكه

---

*) Sed cel. Fuchsius numum hujus Chani argenteum, cusum in Choresm, a. 762. secum attulit, qui in rarissimis numerandus est.

**) Unum hujus Chani numum, aerae incertae, sed modo laudandis prorsus aequalem ex اق سراى apportavit cel. Fuchs.

B. aer. cus. *ib.* sed a. ut videtur, 762.

XII. Urdu melik Chan. Numi ejus rariores sunt. arg. c. in *Nova Serai* a. 762. السلطان العادل اوردو ملك خان خلد ملكه

XII, 2. ad Temnik bek Chan. (Темникъ?) fortasse referendus numus mutilatus c. in *Nova Serai* a. 762. cujus in A. I. praeter titulum, consuetum restat نق بيك خان —

XIII. Kildibek Chan (Килдибекъ). Numi ejus raro obvii.

A. arg. c. in *Asow* a. 763. A. I. العادل كلدى بك خان *).

C. arg. c. in *Nova Serai*. A. I. السلطان العادل كلدى بيك خان خلد ملكه

D. aen. c. *ibid.* In A. I. circa ornamentum in medio positum est idem elogium, quod in modo praecedenti habes.

o) Sunt praeterea apud D. de Wängg duo numi aenei hujus Chani, alter cus. in *Asov*, anno 76 — (tertia cifra, aerugine arrosa, sitne 2

---

*) Exstat hic numus aeri incisus in Comment. II. cel. Th. Tychsenii Tab. IV. No. 42., sed minus recte alicui Behadür Chano attributus. Nec quam ill. de Sacy in Tychs. Com. de num. ar. hisp. p. 93. proposuit hujus numi interpretationem admitti posse, certum est.

an 3, incertum est), alter cusus est ea in urbe, de cujus nomine ancipiti supra ad Usbeki numum A, a, 2.) paucula delibavi.

XIV. Mirbek Chan. De nomine hujus Chani non satis mihi constat. Quod enim in numis cernitur, sitne id, quod posui, an مربرخان, an vero مرترخان, an alio modo legendum, animi pendeo.

A. arg. c. in *Gülistan*. a. 763. A. I. السلطان العادل مربك خان خلد ملكه

Alii hujus principis numi sunt anni 764.

XV. Abdullah Chan. (Абдула, Обдулла).

A et B. arg. cus. in *Asov*. aa. 764 et 765. (item a. 766. *de Wängg*) A. I. (sic) خان خل (sic) عبد له ملكه

Adductus est et in cel. Th. Tychsen. Epimetro ad Comment. de num. ar. hisp. p. 93. — Inclinat animus ad vindicandum huic Chano numum Potot. qui congruit cum Goettingensi apud cel. Th. Tychsen. Com. II. Tab. IV. No. 49. distincto. Sitne ille اوردويه, an in اوردوبد cusus, in integro nunc quidem relinquo; quemadmodum secundis curis aliquando spes est futurum ut, quid ultima vox A. II ae sibi velit, assequar.

XVI. Asis (Scheich) Chan (?) (Азизъ s. Осисъ.)

A. arg. cus. *Gülistani* a. 767. السلطان العادل عزيز خان خلد ملكه

D. arg. c. in *Nova Serai.*

E. arg. idem fere cum A. sed a. ٧٦٧ quem toreutae lapsum esse autumo pro ٧٦٨

F. arg. A. I. السلطان العادل عزيز شيخ خان خلد ملكه. A. II. ضرب كلستان محروسة ٨٦٨. In hoc item a toreuta peccatum esse putaverim; cujusmodi errores mirum quam frequenter obvii sunt in horum Chanorum numis.

XVII. Tulun (?) bek Chan. Num. aer. cusus in السراى الجديدة a.773. A. I. برسم الملك تولون (?) بك خان خلد ملكه Nonnullis exemplis ab uno latere a secunda manu impressum est ظفر

XX. Collocandine huc loci sint numi aliquot ab aliquo Muhammed Chano cusi, dubius haereo. Verborum multitudine in describendis iis supersedere possum, quoniam, ab uno si disces-seris, aere excusi exstant apud cel. Th. Tychsenium l. l. No. 30. 36. Ille, quo caret Bibl. Goetting. est a محمد خان cusus اوردويه (an vero in اوردوبل ?) anno, ut videtur, 771. Hunc excipiat numus, qui refert Goettingensem No. 36. ab eodem procul dubio Muhammed Chano,

qui autem hic titulo غياث الدين و الدنيا auctus est, cusus in الاوردو annis (772. qui D. DE WÄNGG est) et 773 et 774. Hos jam excipi putaverim a numis congruentibus cum Goettingensi No. 30. distincto, qui ab eodem Chano eodem titulo ornato procusi sunt a. 777. in اردو (quod vocabulum tam in hujus Chani quam in Abdullae numis miror eruere non potuisse eruditissimum Numorum Goettingensium interpretem, siquidem satis distincte expressum est.)

XXI. NASIR-EDDIN TUKTAMISCH CHAN. (Токтамышъ).

o) N. arg. qui aut fallor aut hujus Chani est, cus. a. 77+ (ut videtur) in loco, qui سغنان legendus videtur. (latetne in eo سغناق ?) Est D. DE WÄNGG.

A. arg. c. in *Serai.* a 782. A. I. السلطان توقتمش خان خلد ملكه A. II. ضرب فى بلد سراى

B. arg. ej. anni. cus. in *Nova Serai.*

D. arg. c. *ibid.* eodemq. anno. Nomen proprium characteribus mogholicis expressum.

E. arg. c. in *Asov* a. 782. A. I. ut in No. A.

F. arg. c. in *Nova Serai.* eod. an. A. I. السلطان العادل ناصر الدين توقتاميش خان *).

---

*) Habes hunc eundem numum aeri incisum in cel TH. TYCHSENII Comm. II. No 46 et recte intellectum in Comment. de num. ar. hisp. p. 94.

F, b) (Z) aer. A. I. ضرب اوردو ٧٨٤ A. II. Informis figura quadrupedis nescio cujus.

G. arg. c. a. fortasse 787. in *Horda magna* (s. *excellenti* potius) A. I. ut F. A. II. ضرب اوردوی العظم ٧٨-

o) arg. c. in *Nova Serai.* a. 788. A. I. ut F. (D. W.)

H. arg. c. *ibid.* a. 791.

K. arg. c. *ib.* sed, ut videtur, a. 790. A. I. السلطان تورقتمش خان اعظم

L. arg. c. in *Nova Serai.* a. 7 - - (792?) *).

o) No. L. a. 792. — it. ضرب اوردوی a. eod. duae species, in quarum una titulo ناصر الدين auctus est Chanus. it. ضرب ازاق a. eod. — it. absque loci indicio, sed Symbol. sunnit. praeditus anni 794. — it. ضرب اوردوی an. eod. — it. ضرب سرای الجدید eod. anno. — it. cus. ib. a. 796. (DE WÄNGG.)

M. arg. c. in *Horda* (Urdu) A. II. ضرب اوردوی

N. arg. a. 796. c. in urbe *Kerim* - قرم

---

*) Videre est hujus numi effigiem in Tab. IV. No. 44. adj. Commentationi II. cel. TH. TYCHSENII. Sed in secundis etiam curis paullulum erratum. Nam pro خاان عظم , quod in numo est, vir celeberrimus legit خاناخان (quod Chanorum Chanus interpretatus est).

N. b) arg. c. 797. c. in *Nova Serai*, ut videtur.

O. arg. attrit. in A. II. legere mihi videor: ضرب فى بلد قريم عزيزة ?

Q et R. argg. habent in A. II. symbolum sunniticum.

A, A. c. in *novo Ulus* (?) *) A. I. السلطان توقتمش خان A. II. Haud scio an recte legerim: ضرب فى اولووس الجديد

o) arg. cus. in *Astrachan* - حاجى ترخان - A. I. ut in No. A. (D. de W.)

W. arg. A. I. السلطان العادل جلال الدين محمود (تو) قتاميش خان A. II. ضرب سراى الجديد

X. arg. A. I eadem habet, quae praecedens numus, sed rudiori Minerva cusa. A. II. non expedio. Verum ob titulum diversum ab eo, qui legitur in No. F. atque ob nomen muslemicum, quod in nullo praecedentium hujus Chani numorum occurrit, dubius haereo, sintne hi duo numi, admissa tituli commutatione **), nostro Chano attribuendi,

---

*) الوس улусъ.

**) Eadem ratione quum in numo aliquo Buwaihidico expediundo olim, in schediasmate meo, usus essem, ill. de Sacy eam conjecturam satis scitam quidem censuit esse, sed exemplo simili, quo probetur, in omni historiarum ambitu destitui affirmavit. „Comme „les titres honorifiques Dhahir-eddaula, c'est-à-„dire, l'appui de l'etat, et Mowayyid-eddaula,

an potius *filio Pulad-Chani*, cui et *Tuktamischi* nomen erat, an vero *filiorum Tuktamischi uni*, cui nomen جلال الدين? Nec, id quod molestum accidit, aera, quae in utroque desideratur, dubitantem adjuvare potest *).

„c'est-à-dire, le soutien de l'etat, sont à peu près „synonymes, et que Dhahir-eddaula est surnommé „Abou-Mansour sur les monnoies décrites par M. Fraehn, „ce savant incline à penser que le Dhahir-eddaula „Abou-Mansour de ces médailles, est le même que „le Mowayyid-eddaula Abou-Mansour des historiens. „Cette conjecture est ingénieuse; mais, si elle est vraie, „elle offre un exemple unique, je crois, dans l'histoire." Ita vir doctissimus l. c. Ego vero, veniam sperans a viro humanissimo, cujus ut in litteratura orientali principatum agnosco semperque praedicabo, ita beneficiorum in me collatorum aeternam gratiam habebo, jam litteris ad eundem olim datis, probare ausus sum, hanc titulorum commutationem tantum abesse, ut pro merae conjecturae foetu habenda sit, ut etiam multis exemplis ex scriptis Arabum petitis defendi queat.

*) Longo tempore post haec scripta contigit mihi videre apud D. de Wängg numum, in quo محمود الدين - et vestigia nominis تورقتامش supersunt, cus. in N. Serai a. 782. — Item alium, in quo tituli quidem reliquiae الدنيا والدين et nomen تورقتامش خان supersunt, plane autem abfuit no. muhammedicum محمود. Cus. est ib.

Nomen loci in N. X. non extrico. Tentavit quidem in simili huic numo cel. Tychsenius Goettingensis, qui delineatum eum dedit in Tab. III. No. 24. Comment. II. p. 10. et ad Choresmiae principes eum spectare suspicatus est. Tentavit et eruditissimus numorum Sasanidicorum interpres, ill. de Sacy, in epimetro cel. Th. Tychsenii Comm. de num. ar. hisp. p. 92. et ad Seldschukiden aliquem Iranensem referendum censuit. Verum corrigenda haec e numis Pototianis, qui dubitationis, quoad primae areae

---

anno ٨٣ (deest cifra ٧); it. numum, cuj. in A. una: السلطان العادل توقتامش خان, in altera autem السلطان العادل جلال الدين محمود توقتامش. Haec dubitationem discutere et conjecturae meae roboris aliquid addere videntur. Sed ecce, dum haec plagula jam in eo est, ut prelo submittatur, offertur mihi numus argenteus, (quem suum fecit collega conjunctissimus Fuchs) ejusdem plane faciei et notae cum Goettingensi No. 30. in Tychs. Comment. II. Tab. III. quem supra p. 56. tetigi, et tertium titulum diversum Tuktamischi Ghijas-eddunja weddin exhibens. A. I. السلطان العادل غياث الدنيا والدين توقتاميش خان خلد ملكه. A. II. eadem, quae in Goettingensi, est, nisi quod no. loci, quod ibi اوردو legere non ambigo, in hoc Fuchsiano interpretari non ausim.

lectionem, nihil superesse sinunt. Corriget, quae in secunda area cel. Th. Tychsenius legere sibi visus est, is cui integriori exemplo, quam illi mihique contigit, uti licebit.

(BB. arg. numus bilinguis. A. I. السلطان توقتامش خان-
A. II. detrita figura nescio quae. In margine vestigia scripturae rossicae supersunt.

CC. arg. biling. In A. I. eadem, quae in praecedenti indicata, fuisse videntur. In A. II. figura equitis falconem manu tenentis.)

o) XXI, a) Bek Pulad Chan, huic forte loco inserendus. Numi ejus argentei sunt et rarissimi.

A. cus. a. 794. A. I. السلطان بيك پولاد خان. In A. II. cujus non nisi dimidia pars superest, lego قريم المحروسة

B. cus. a. 7—6. A. I. السلطان بك پولاد خان خلد الله ملكه
A. II. Haud scio an recte interpreter informes affectosque litterarum ductus: ضرب ازق المحروسة

C. A. I. fere eadem, quae No. A. In A. II. Sunnitarum شهادتان leguntur. (Sunt D. L. de Wängg.)

D. Hic musei *Fuchsiani* est, A. I. السلطان العادل بيك پولاد خان. A. II. *cusus est in* بلد (*Beled*); an in سلد (*Salad*)? nam de lectione nominis loci mihi non constat. In museo Pototiano numi, a Tuktamischo cusi, reperiuntur, in quibus

distincte بلد Vidi autem, in quibus بلر esse videbatur.

XXI, b) Timur Kutlu Chan. (Темиръ Кутлуй.) Hujus videntur esse duo numi, affecti illi neque lectu adeo faciles.

In A. legere mihi videor haec: A. I. السلطان العادل تمورقوتلوخان خلد ملكه A. II. ? — ضرب اوردو

B. A. I. ut in No. A. sed scriptum est قتولي A. II. ضرب اولووس الجديد سنة ٨٠- Subtimido animo haec posui. Erit post me, spero, qui rectiora dabit.

XXII. Schadibek Chan. (Шадибекъ.)

A. arg. c. in *Bulghar.* a. 805. A. I. السلطان الاعظم شادى بك خان A. II. خلد ملكه ضرب بلغار ٨٠٥

C. D. arg. iid. sed a. 806. et 807.

E. arg. ejusd. an. A. I. السلطان الاعظم شادى بيك خلد الله ملكه A. II. Symb. sunnit.

F. In A. I. inter voces شادى بيك et خان interjectum cernitur vocabulum, quod non capio. In A. II. occurrit no. loci, quod sitne كرجى an كبردى aliove modo legendum, in incerto relinquere cogor.

G. Valde attrit. cus. ut videtur, in اوردو الجديد

K. numus mutilus, detritus, c. in *Nova Astra-*

chan. A. I. videtur habuisse: السلطان الاعظم ضرب حاجى ترخان الجديدة A. II. (شادى بك)

XXIII. Pulad Chah (Булапъ).

A. arg. A. I. — پولاد خان — — — السلطان اا A. II. السلطان الاعظم شادى بك ضرب سراى

B. arg. c. a. 812. A. I. — السلطان الاعظم پولاد خان No. loci in A. II. non extrico.

C. arg. A. I. ut in antecedenti, sed in fine additum est: خلد الله ملكه. Nomen urbis in A. II. obvium sitne legendum داجان, an راجار, an alio modo, nescio. Aera, quae sic habet ٥١٨ haud dubie hic quoque male inversa est, et legenda 815, vel 810.

D. arg. c. *Bulghari* a ٨١٥ Sed in A. I. quae eadem cum C. est, legitur ٥١٨. — Etc. etc. *)

XXIV. Dschelal-eddin Chan. (Зелени?) Num. arg. mutilatus cus. *Bulghari*, anno incerto A. I. السلطان الاعظم جلال الدين خان

XXV. Tschegreh Chan. Num. arg. rarissimus. cus. in *Hadschi tarchan*, a. 817. A. I. السلطان الاعظم چكره خان ٨١٨

---

*) In Mus. Fuchsiano est numus Puladi, cusus Astrachani, item alius cusus Choresmi, uterque rarissimus quidem, sed incertae aerae.

XXVII. Timur Chani (Темиръ) videtur esse numus arg. c. *Bulghari* a. 818. A. I. السلطان العادل تمور

o) XXVIII. Daulet Birdi Chan (دولت بردی) legere mihi videor in numo arg. cuso 831. *Astrachani*, qui rarissime obvius in mus. *Fuchsiano* est. Silentio transmitto congeriem numorum Dschudschidicorum, qui cusi alii in سرای alii in سرای الجدیدة, ab una parte ornamentis figurisve variis aucti, quod aera aut plane abest aut male affecta est, ad certum aliquem horum Chanorum referri nequeunt.

XI. NUMI A CHANIS TATARORUM CRIMEAE CUSI.

Qui adsunt numi cusi sunt a Chanis:

1. Selim Kiraj - - سلیم کرای خان بن بهادر کرای خان
2. Saadet Kiraj - سعادت کرای خان بن حاج سلیم کرای خان
3. Ghasi Kiraj - - غازی کرای خان بن حاج سلیم کرای خان
4. Kaplan Kiraj - قبلان خان بن سلیم کرای خان
   al. قبلان کرای خان بن حاجی سلیم کرای خان
5. Daulet Kiraj - دولت کرای خان بن سلیم کرای خان
   al. - - بن حاجی سلیم -
6. Kerim Kiraj - - قریم کرای بن دولت کرای خان

7. Saadet Kiraj - سعادت كرای خان بن قريم كرای خان

8. Mengeli Kiraj - منكلی كرای خان (بن حاجی كرای خان

9. Schahin Kiraj - شاهين كرای خان بن احمد كرای خان

Omnes omnium horum Chanorum numi in *Baghtscheserai* cusi sunt, argentei, si ab ultimi Chani numis discesseris, ejusdemque faciei.

XII. NUMI A SCHAHIS PERSIAE CUSI.

A. Abbas I.

1. Numum arg. mutilat., in cujus A. I. restat على ولى الله et in margine محمد رسول in A. II. autem (?) جويزه, infra ضرب (?), margine detrito, huic principi vindicandum censui, siquidem convenire videtur cum eo, quem aeri incisum exhibet Lex. Meninsk. T. III. Attribuit eum quidem ill. Ol. de Tychsen in Additam. pag. 72. Suleimano; sed ego quidem in eo haec lego: بنده شاه ولايت عباس ضرب جويزه Quod ad nomen loci, avet animus audire edocturum.

B. Suleiman.

2. arg. parvus. A. I. symb. sch. A. II., numo non capiente epigraphen, haec tamen distincte le-

guntur: شاه سلیمان. Infra legere mihi videor: (ضرب کنجه)

C. Abbas II.

3. arg. A. I. symb. Schiiticum. In marg. dodecas Imamorum. A. II. سکه زد بگیتی صاحب قرانی ارتوفیق حق عباس ثانی ضرب تبریز ۱۰۶۰ —

D. Husain.

4—6. 8—15. Numi insigniti noto illo elogio حسین بنده شاه ولایت aliquam multi adsunt c. in *Nechdschiran* a. 1130. it. *Kasvin* a. eod et 1131. it. *Irvan* a. 1131. *Tiflis* 1133. *Tebris* 1134. *Isfahan* eod. a. *Meschhed* eod. a. *Irvan* 1135. Nil opus, ut his immorer. Sed adest hujus Schahi numus No. 7. qui alios latuisse videtur, quamquam me eum hic loci saepe numero manibus terere memini. Habet in A. II. حسین کلب آستان علی ضرب مشهد ۱۱۳۰ *).

*) Nonnulla de simili huic titulo cel. Th. Tychsenius in Com. III p. 29. et de n. ar. hisp p. 101. disseruit, ratus quidem, in solis numis Schah Rochii occurrere. Ad veram autem hujus tituli, quem a nonnullis viris doctissimis in dubium vocatum esse video, originem et rationem accuratius cognoscendam, vide, an haec facere possint Si Husainus modestiam prae se ferens cani sese comparat, cogitandum esse arbitror de cane

E. Aschraf.

16. et 17. Adsunt hujus principis numi duo. Sed neutrum tangere praestabit. Alter enim

---

illo, quem Coranus refert extensis pedibus anterioribus procubuisse in cavernae illius ostio, cui martyreum Alii er-Risae assimilari videtur, excubias actum heris, septem illis dormitoribus اصحاب الكهف quibuscum Imamus videtur conferri. Conf. Abulf Ann. II 604. ubi poë a aliquis Schiita testamento cavisse perhibetur, ut juxta martyreum Imami موسى بن جعفر terra conderetur, utque cippo suo inscriberentur illa verba Corani in historia septem dormitorum obvia: وكلبهم باسط ذراعيه بالوصيد vid. Reisk. l. c. not. 425. — Inesse igitur huic titulo summam pietatis asseverationem patet. Nam pro sacra quasi persona habendus est canis ille septem dormitorum custos, qui proprio nomine قطمير vocitatur. Addi idem solet dormitorum illorum nominibus, quae in aedibus Tatarorum suspendi assolent incendii casus avertendi ergo; item epistolarum praescriptionibus adjiciunt eo consilio, ut certo ad locum destinatum deferantur, non diffracto sigillo. Inscribunt nempe epistolis: بو مكتوب ويره فلان يرده فلان افنديكه تزوك مهريله طمر طمر طمر Hunc in modum pingunt hoc nomen ter repetitum punctisque diacriticis destitutum. (Praeterea etiam adjicere solent حصرو الیاس c. e. خضر والياس, sanctorum nomina,

vehementer attritus est, alterius vero, qui in A. II. habet : جلوس ميمنت مانوس در دار السلطنة اصفهان ۱۱۳۷ membra elogii adeo disjecta sunt, ut, quomodo componam, adhucdum ignorem.

F. Tahamasp.

18—25. Numus, (qui aere excusus est in ill. *de Tychsen* Introd. Tab. II. N. 21. et cel. *Thom. Tychs.* Com. de n. ar. hisp. N. 15.) variis locis editus, in *Tebris* a. 1135. in *Masanderan*

---

de quibus alibi.) Fuit in museo Pot. sigillum, cujus in media quidem area quae continentur, propter miram litterarum tenuitatem et ductuum implicationem vix extricaveris; quae autem in margine cernuntur nomina horrida, barbara, qualia magiae solemnia sunt, quum non caperem, cl. Ibrahimus Isaaci filius Chalfin, Linguae Tataricae in nostra Universitate Lector et Grammaticae tataricae auctor, me docuit esse nomina illorum اصحاب الكهف. Haec quum in libris fortasse frustra quaesiveris, h. l. ea referre juvabit: يمليخا مكشلينا مثلينا مرنوش دبرنوش سارنوش دقشططيوش, quibus additum et hoc in sigillo est nomen canis ipsorum قطمير, qui scilicet, ne sigillum diffringatur, fidus custos impediat. — Quae hic de cane قطمير dicta sunt, commode addantur iis, quae post scriptam hanc notam animadverti ab ill. de Sacy in opere aureo illo, Chrest. Arab. III. p. 353. sq. exposita de eodem esse.

a. 1138. *Isfahan* (صفهان) 1142. ib. 1144. item in *Meschhed sancto* et in *Nechdchivan*.

G. Abbas III.

Hujus principis, cujus nullus adhuc, quod sciam, numus in vulgus editus est, tres adsunt.

26. A. I. Symb. Sch. In marg. nomina XII. Imamorum. A. II. سکه بر زر زد ار توفیق الهی در جهان ظل حق عباس ثالث ثانی صاحبقران ضرب تبریز ۱۱۴۵ Ille titulus ظل حق plane convenit cum pers. سایه یزدان

27. id. sed cus. in صفهان (sic) a. 114-(1146?)

28. id. sed cus. in رشت

H. Nadir.

29. A. I. eadem sistit, quae in ill. de Tychs. Introd. p. 196. l. 2 et 3. leguntur. Sed cusus est in مشهد A. II. litteris Thughrae in modum intricatis haec habere ab initio mihi visa est: الخیر فیما وقع ربنا Deinde autem duo integerrima hujus numi exempla, quae in Mus. *Fuchsiano* sunt, denuo diligenter examinanti mihi apparuit, implicatos praescriptionis ductus legendos esse hunc in modum الحی بنادر فیما وقع Infra est 110.

30. A. I. ut in praeced. sed ضرب تفلس A. II. non intricatis litterarum ductibus eadem, quae ab ill. DE TYCHSEN in Introd. p. 196. expositus, habet. Infra 1101

31. id. cum praeced. cusus in مشهد. In A. II. est 10

32. A. I. ita legit v. r. عبد الستار بن سعيد *) : در جهان ابراولی ابران شاه بن خسرو ولی اشان سکه بزر کرد نام A. II. cujus litterae Thugrae in modum implicatae, sed paullo diverso modo a No. 29., lego, ut in illo numo. Cusus est in رشت a. ۱۱۲ (sic.)

33. num. parvus gross eisdem praeditus epigraphis, quas vides in cel. TYCHS. GOETT. No. 18. Sed cusus est a. 1151.

34. Simillimus praecedenti, sed cusus *Tebrisi.* Aera abest.

35 — 37. insigniti sunt elogio, quod exhibet cel. TYCHSENIUS GOETTING. in Com. III. p. 35. supra. Cusi sunt in تبریز 1154. et in مشهد مقدس a. 1157.

SCHAH RIS.

38. a. ut videtur, 1161. Ceterum idem cum eo, quem ill. DE TYCHS. Introd. Tab. IV. No. 39. aere expressum dedit.

---

*) est اخون et امام templi novi lapidei (ینکاباس مسجیدہ) in veteri suburbio tatarico (اسکی بستده).

Ismail.

39. a. 1164. Est idem cum laudato in Introd. Additam. I. p 71. infr.

I. Kerim.

39, b) Hujus adest numus ille, quem cel. Th. Tychs. in Tab. Com. de n. ar. hisp. adjuncta N. 43. repraesentavit et explicuit.

K. Numi dati nomini sanctissimi Imami علی رضا بن موسی

o) Num. idem atque ille, quem in aere sculptum dedit cel. Thom. Tychsen in N. 38. Tab. Com. de num. ar. hisp. annexae, sed cusus est in Masanderan et nota anni caret. Ille, quem supra laudavi, Achun Abdus-Sattar v. r. eum in hunc modum legendum autumavit بتوفیق خدا نصرت و امداد بز سکه از خراسان دین علی موسی رضا Grusinus quidam ita disposuit: سکه بزر شد از خراسان بتوفیق خدا نصرت و امداد شاه دین علی موسی رضا

41—43 tria exempla numi modo laudati, cusa in مشهد مقدس aa. 1143, 1144, 1145.

40. Continet in margine eadem, quae N. o) in A. II. In media autem area legitur: ضرب مشهد مقدس ۱۱۴۳

oo) A. I. Symb. Alidarum. Aream cingit Imamorum dodecas. In media area II. haec sunt: علی موسی رضا ۱۱۶۶ In margine eadem fere sunt, quae in antecedenti numo. *Abdus-Sattar*, Achun v. quem ante dixi, sic legenda putavit: بتوفیق خدا نصرت وامداد شاه دین رسمیان علی موسی رضا ازخراسان ازخراسان سکه برزر شد Sed alius ille ita: بز سکه شد بتوفیق خدا انصرت وامداد شاه دین علی موسی رضا — سمان

44. cus. in *Tebris.* a. 1161. Est similis numo ei, qui in Tab. cel. Th. Tychs. Com. de n. ar. hisp. N. 40. aere expressus est. Supra dictus v. Achunus legere sibi visus est haec pauca: رواج باشت بزسکه امام اخیار

45. convenit cum Goettingensi N. 39, b) sed est anni 1166.

46. idem cum N. 13. in Tab. II. Additam. ad Introd.

Numi Persici aerei:

47—54) alii aliis imaginibus insigniti, cusi in اصفهان a. 1115 (?), in قزوین, in تبریز a. 1223. in کاشان, in فراب (an vero هرات?) a. 1226., et in طهران

XIII. NUMI MOGHOLORUM IN INDIA.

Pauci numero sunt, insigniti nominibus horum Schahorum: احمد شاه بهادر , محمد شاه , فرخ سير et شاه عالم . Noti sunt ad unum omnes, si recte video.

XIV. NUMI TURCICI

sunt sequentium Sultanorum: Mustafa, Ahmet, Mahmud, Mustafa, Abdulhamid et Selim, quibus in praesenti nihil immoror.

XV. NUMI GEORGIANI,

exceptis duobus, quorum unus reginae Tamer filiae Kijurki, alter Georgii Lachae esse videtur, recentioris aevi sunt et noti jam, si quid video.

XVI. NUMI BOCHARICI.

Exempla anecdota: Num. arg. A. I. امير دانيال مرحوم غازى ١٢٠٢ A. II. ضرب بخارا شريف ١٢٠٨ — Num. aer. A. I. عاقبت خير باد A. II. فلوس بخارا ١٢١٥ — N. arg. A. I. مير حيدر (?) بادشاه A. II. ضرب بخارا شريف ١٢١٦ etc.

XVII.

Adsunt praeter hos aliquot Arsacidae, duo Sasanidae, siclus Iudaicus adulterinus, numus Avensis, numus cusus a collegio mercatorio Belgorum in Java, alii.

XVIII. NUMI INCERTI.

Sed est praeterea numerus haud contemnendus numorum, qui alii ad alia regna pertinent, qui vero varias ob caussas, ut jam supra dictum, a me quidem explicari et certo definiri non potuerunt, feliciori illi et doctiori, addo, et fidentiori me interpreti relinquendi et diei, qui integriora dabit exempla. In multis etsi conjiciendo divinandoque, si non verum, vero simile tamen assequi et probabilia nonnulla proferre potuissem, prudens non tentavi, memor illius dicti: اصمت ففي الصمت منجاة من الزلل Si quando rariores et notatu dignissimos hujus musei numos aere excudendi data fuerit occasio, istos incertos etiam in aere scalpendos omnino curabo, ut alii quoque experiantur.

Nunc age quod superest cognosce.

Hae, quas tenes, preli latini Universitatis Casanensis *primitiae* sunt. Non adeo multa exempla excusa, nimirum ut sumtui parcatur. cui eidem parcendi studio elegantia formae per totum libellum posthabita. Quae in eo adhibitae sunt formae arabicae, veteranas esse vides usuque frequenti attritas, unde in expurgandis plagulis haud parum difficultatis ortum, et, quod mole non congruunt cum latinis, factum, ut, quae elogiis in scripturam arabicam vulgarem a me translatis passim, quo sensus magis pateat, addideram signa diacritica, praecipue Teschdidum necessarium, atque vocales, non posita deprehenderis, nisi ubi bene abesse negaveram, et quae addita sint, (quoniam majorum formarum sunt, non minorum, ut quae iis carent) elegantiam typographicam paullulum turbare. Verum brevi veteranae illae et confectae formae cedent novis, quae jam funduntur, quasque in proximo, quem in vulgus edam, libro adhibitas esse videbis. Et posteriori etiam incommodo, spes est, futurum, ut posthac occuratur.

Libellum autem hunc si per mensem non

unum inter typothetarum manus tractum esse intellexeris, id mirari non subibit in hac preli latini Casanensis protogenesi, quid? quod laudabis moram bono suo non carentem. Interim enim oblati mihi sunt numi Dschudschidici numero haud pauci, notatu sane non indigni, tam a cel. Fuchsio, quam a D. Ludovico de Wängg, qui, officiosi sane et benigni, egregii, quo gaudent quique indies novis incrementis augetur, numorum apparatus copiam mihi, ut in usum meum converterem, ad tempus fecerant. Opportunum etiam commodumque accidit, ut is, quem priori loco laudavi, collega conjunctissimus Fuchs, vir rerum memorabilium vel a scientia ea, quam profitetur cum laude, alienarum, antiquarum potissimum studiosissimus vestigator, ab itinere, quo aestate novissima, inter alia etiam ruinas urbium quondam potentissimarum *Madschar* ad Kumam fluvium et *Serai* ad Achtubam rivum superstites, me suadente, adiit et examinavit, commentariolo hoc vix coepto excudi, redux, quicquid et illis in locis et Astrachani et ad pedem Caucasi studiose collegerat numorum (unacum epitaphiis non-

nullis ab ipso descriptis e ruderibus Madscharicis, de quibus alio loco) mecum communicarit, ita ut eorum etiam nonnulla notabilia adducere licuerit. Sic factum, ut Musei Pototiani sectionem eam, quae numos Dschudschidarum continet, haud paucis aliorum numis raris et praeclaris auctam in hac adumbratione habeas.

Jam horum amborum virorum mihi amicissimorum officium dum nunquam non gratum a me habitum iri publice atque libenter confiteor, facere non possum, quin, hac utens opportunitate, quotquot, cum hac in urbe Casani, tum per Rossiam, quam late patet, numorum orientalium (tataricos vulgo dicunt) copiam tenent, majorem in modum rogem, ut aut ipsorum apparatus percurrendi oculis facultatem mihi boni concedant, aut, id si fieri nequit, numorum suorum ectypa ichtyocollacea mecum communicent, atque hoc modo et ipsi operam socient ad tenebras, quae adhuc non rem solum numariam tataricam, etiam post has meas primas curas, circumstant, sed historiae etiam tatarico-rossicae passim offusae esse videntur, magis magisque discutiendas.

EXPLICIT.

Syllabus addendorum et corrigendorum.

Hoc in opusculo vel ter castigato video restitisse nonnulla operarum sphalmata, quae etsi magni momenti non sint, nec ea, quae intelligentem, vel non admonitum, detinere ullo modo possint, indicare tamen, quotquot eorum in praesenti quidem in oculos perlustrantis incurrerunt, praestabit. Simul quaedam sero oblata commode inspergantur.

Pag. 5 lin. 15 lege: in Magasin Encyclopédique. Juillet, 1810.

— 11 — 16 l: praefero

— 12 — 22 post: cel. Zeplinus, insere haec: histor. univ. stat. et geogr. quondam in univers. Casan. Professor, jam vero diplom. et oeconomiae polit. in ead. Prof. designatus.

— 15 — 16. Numus hic egregius Erdmannianus nunc cessit Museo Pototiano.

— 18 — 20 l: abfuit

— — — 21 l: in

— 19 — 6 l: بالرِى

— 28 — 2 adde: Apud D. Lud. de Wängg est numus argenteus mirus, satis integer quidem, sed ob litterarum cuficarum, quae in aliis etiam hujus principis numis notatur, insignem deformitatem difficilior lectu. In margine interiori areae secundae obvium nomen urbis mortalium nemo extricaverit. Constat duobus in altum vergentibus ductibus, cum figura litterae ν simili in fine. Annus tamen satis distincte legitur ثلثماية Verum in Ar. II a

post alteram شهادة lego nomen chalifae المكتفى بالله et dynastae نصر بن احمد Id unum moneo, solam litteram ف in nomine chalifae abnormem esse.

Pag. 32 lin. 1 pro: a. lege: A.

——— — 7 l: منصور

——— — 20 ad سحالى moneo, non fuisse rationem vocabulum hoc typis effingendi.

——— — pen. l: حسبى

— 33 — 5 l: excul-

— 34 — antep. Vocabulum punctis diacriticis destitutum, iis in numo quoque caret. Haud dubie est يعلى nomen.

— 35 — 6 pro: c aer. leg: 5. aer.

— 39 Nuperrime Museis Fuchsiano et Wänggiano praeter alios accessit numus argenteus, qui Goettingensi hac pagina laudato praemittendus; est enim haud dubie cusus a Sultano شيورغاتمش penultimo Chanorum Tschaghataidarum, cujus nominis ultimas litteras مش et, nisi fallor, initium quoque تمر hic scriptum deprehendo in Area prima, in qua quidem praeterea distincte lego: اميرتمورگورخان In A. II. الايتان sunt, infra quas an. 785.

Pag. 40 lin. 2 l: scito

— 42 — 6 l: accurate

Pag. 43 lin. 5 l: الدينارالضرب (sic) بو الغار

— 44 — 7 l: بولغار

Sic alibi quoque, ut p. 47. l. 4 غ pono in hoc nomine pro ع

— 46 lin. 12 Transmisit nuper ad me D. Potot Simbirsco, ubi nunc degit, numi ectypon, in cujus A I. quod fuit Chani nomen detritum est. verum in A. II. lego ضرب ماجر ٧١٥

— 46 lin. 14 l: nunc

— 53 — 7 post: titulum, dele comma.

— — — 18 l: Asov.

Similiter etiam p. 54 et 56 corrige, nempe ut cum sequentibus congruant. Scripseram equidem ubivis Asow, Irwan etc. Sed mox animadversum, tot litteris *w* inclinatae formae carere typographiam, unde ei littera *v* substituta.

— 54 — 7 l: legendum

— 56 — 21 post: proprium adde Chani

— 57 — 3 l. seu augusta potius

— — post lin. 6 adde: Musei Wänggiani nunc est nummus argent. hujus Chani cusus in Choresm an. 788.

— — lin. antep. l: خان اعظم

— 59 — 20 dele: de.

— 62 — 8 l قونلی

— 63 — 21 l: ٨١٧

— 69 — lin. ult. l: ١١٥.

— 70 — 4 l: ١١٥١

— — — 5 l: ١٥